COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.

VOLVMINIS XXXIII. PARS II.

LIPSIAE, MDCCXCI.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

I.

Mémoires de l'Académie royale des ſciences. Années MDCCLXXXIV — LXXXV. Seconde partie. A Turin, chez Jean-Michel Briolo, imprimeur-libraire de l'Académie. MDCCLXXXVI. 4 pagg. 454. et 159.

i. e.

Acta academiae regiae ſcientiarum Taurinenſis, anni 1784—85. Altera pars.

Super de primae partis contentis verba fecimus, nunc iam de altera parte referendum eſt. Duas autem in ſectiones hoc volumen diuiſum eſt, quarum prior diſſertationes ſociorum, poſterior correſpondentium complectitur. Sociorum quidem diſſertationes nouem ſunt.

I. *De fonte viridi St. Marcelli in valle Auguſtana.* p. 1—12. *Auctore Com.* ST. MARTIN DE LA MOTTE. Hic fons propter ſedimenti, quod eius aquae demittunt, colorem viridis nuncupatur. Ab Auguſta Praetoria circiter quinque horas verſus meridiem diſtat, ſitusque eſt in parochia St. Marcelli adque dextram fluminis Duriae ripam. Duos inter montes ſcaturit partim ſaxeos partim ſchiſtoſos, cuprique feraces. Ligna, frondes, muſcos, denique quidquid humectat, terra viridi fere lineam craſſa obducit: ipſa adeo loca, quae aquae ſpuma adſperguntur, eadem viriditate etſi dilutiore tingit. Hoc ſedimentum non eſt naturae vegetabilis. Aquae ipſius pondus ad pondus aquae delatae refertur vt 10065 : 10000. Nec heliotropii tinctio nec color chartae ſolano baccifero tinctae hac aqua mutatur: itaque neque acida eſt neque alcalina. Alcali phlogiſticatum tincturaque gallarum ſpirituoſa nihil deturbant, etiamſi aliquot acidi guttas adfude-

ris: igitur nihil continet metallici. Argenti
nihil praecipitat: nihil itaque tenet acidi
Solutio terrae ponderoſae cum magnam vim
pitati deiiciat, apparet, acidum ineſſe vitriolicum
quod etiam ex turpetho minerali intelligas, quo
lutio hydrargyri demittit. Acidum ſacchari
lum terrae calcareae extricat: quod ipſum
oleum praeſtat. Denique alcali volatile
plurimum magneſiae aut terrae aluminaris
Decem libris aquae vaporando conſumtis,
ſiduum ſeptendecim granorum nactus eſt.
cum accurate examinaret, terram calcaream
tam ac magneſiam in eo reperit. Ipſum
mentum conſtat parte extractiua vegetabili,
men tantum fortuito ineſt, cupro, terra
terra ſilicea pauxilloque terrae calcareae.
eſt acido aëreo mineraliſatum: vnde originem
quomodoque aquam ſubierit, noſter non
nire, tantummodoque in coniecturis ſubſiſtit.

p. 13 – 52. II. IOANNIS BRVGNONI *de teſtium in fotu tu: de eorum iu ſcrotum deſcenſu: de tunicarum bus hi continentur, numero et origine diſſertatio.*

mani foetus teſtes non in ſcroto extra abd
quemadmodum in nato homine, ſed in ipſo
ne prope renes condi, dudum obſeruarunt
conſentiuntque recentiores anatomici: ea in
crepant, quod alii retro peritonaeum, vt renes,
res, capſulas ſuprarenales, venam cauam, aorta
ſitos eſſe, alii vero in ipſo peritonaei ſacco, vt
lienem, ventriculum, inteſtina etc., includi
dunt. Nec magis conſentientes inuenies, quo
tempore, modo et cauſſis, quibus teſtes e lumb
ſcrotum deuoluuntur, agitur. Quidam enim,
partum demum prolabi, exiſtimantes, ſepti tran
abdominis muſculorum et caeterorum reſpir
inſeruientium vi et actione id fieri cenſent:

, qui teſtes iam in ſcroto haerentes in ipſo foetu
lerunt, a proprio pondere atque vi irruentis ſan-
inis vel ab aliis cauſſis eos deduci opinantur. Ve-
m grauior altera et, quae ſoluatur, dignior ob her-
rum et hydrocelarum congenitarum naturam et
rationem inde petendam agitatur quaeſtio de tu-
ae teſtis vaginalis origine, plerisque eam a ſolo
ritonaei cellulari textu, aliis a vera ipſius lamina
petentibus, aliis eam tanquam ſui generis mem-
anam, quae nullo modo a peritonaeo veniat, ha-
ntibus. Haec clariſſimus auctor in hac diſſertatio-
diligenter ſcripta expendenda ſuſcepit, eaque oc-
ſione, quot ſint teſtium tunicae, vnde oriatur albu-
nea, et quid differant herniae et hydrocelae conge-
tae a vulgaribus herniis et hydrocelis, paucis de-
ire conatur. Duas autem in partes diſſertatio di-
ibuta eſt: quarum prima eſt anatomica et hiſtori-
altera phyſiologica et pathologica. In omnibus p. 15.
manis foetibus quatuor, quinque ſexue menſium,
otquot ſecare noſtro contigit (ſecuit autem pluri-
os), teſtes ſemper in abdominis cauitate reperit,
uſculo pſoae inſidentes, a renibus plus minusue
iſtantes. Eundem ſitum ibi eos obtinere obſerua-
, quem in ſcroto habent: ſcilicet eorum vertex
at ſuperior, baſis inferior, ſuperficierum altera dex-
a, altera ſiniſtra, marginum alter anterior, alter po-
erior; oblique tamen ita ſiti erant, vt margo ante-
or introrſum ſimul reſpiceret, quam obliquitatem
ſuperficies et extremitates neceſſario ſequerentur.
ſuper tam laxe proximis inhaerebant partibus, vt
aquauerſum ſe agi quam facillime paterentur. Epi- p. 16.
dymis poſteriorem teſtis marginem occupabat, a
ertice ad baſin, in arcus ſpeciem flexa, deſcendens:
us caput ſuperiora tenebat, cauda vero inferiora,
uae poſtea in canalem deferentem abibat. Multo
aior erat epididymis, caeteris paribus, in foetu, quam

in adulto, et teſticulo laxius et longius appenſa, ſtes peritonaei ſacco continebantur. Vaſa ſperm ca, ab aorta, vena caua vel emulgentibus, ex orta, retro peritonaeum oblique ad latus flexuoſa tabant, vt teſtis poſteriorem marginem pete ibique per paruum hiatum a peritonaeo teſtem plectente relictum ſe in eius ſubſtantiam, vt et didymidis immitterent; breuia erant propter b ab eorum origine ad teſticulos iter. Canalis rens, et ipſe retro peritonaeum ſitus, ab epidid dis cauda oblique in peluim ad veſicae poſterior ter hanc et rectum inteſtinum deſcendebat. A extremitate inferiore corpus quoddam pyrami cuius baſis erat ſuperior, apex inferior, verſus ing pergebat, vt, diſiectis fibris, partim in Falloppii mentum et muſculi obliqui interni inferiorem o partim, ſuperato obliqui externi annulo, in o
p. 17. pubis latera et ſcroti imam partem ſe inſereret, pus hoc, quod noſter cum HVNTERO gubernacu dixit, retro peritonaeum progrediebatur. In que imi abdominis latere, e regione annuli abd nalis, ad latus internum gubernaculi in omnibus tibus cuiuscunque aetatis, vel dum teſtes in reg lumbari ſedent, oſtium quoddam plus minus pat in ipſo peritonaeo nunquam non vidit, per q quum tenue ſpecillum demitteret, in paruum ob gum ſaccum membranaceum aditus ei erat, qui co fine vltra annulum in inguine vel ſcroto deſin Oſtium in abdomine eo magis patebat, quo long a renibus teſticuli deſcenderant et foetus enixui propior, minus, quo erat tenerior et iunior; in o bus tamen vel quadrimeſtribus oſtium et huic co guum ſacculum obſeruauit. Huiusmodi ſacculu vera peritonaei lamina vltra annulum extra abdo
p. 18. producta formatus erat. Neque in foetibus mar tantum ſacculos hosce cum peritonaeo continuos

ampla abdominis cauitate patulos obſeruauit, ſed et in omnibus ſequioris ſexus foetibus a quarto vſque ad octauum a conceptu menſem, quotquot examinauit. Hi proceſſus in puellis, poſtquam annulum abdominalem ſunt praetergreſſi, in inguine ad pubis oſſium latera deſinunt, rotunda vero vteri ligamenta retro ipſos incedunt. Iam vt noſter gubernaculi naturam p. 19.
intelligeret, quum partium in foetibus tenerioribus mollities et exilitas obſtare viderentur, cum HVNTERO erinacei terreſtris fabricam conſulere ſtatuit. Ineſt profecto in erinaceo gubernaculum aut quid ſimile; illudque euidenter obſeruauit a veri peritonaei plica, a lumbis et ab oſſium ilium criſta ad teſtium baſin extenſa, effici. Plicam hanc membranaceam nonnulli carnei faſciculi comitantur, qui a poſteriore muſculorum obliqui interni et transuerſi ora ſecedentes ad eandem teſtium regionem tendunt et cremaſteris muſculi vice funguntur. Eodem pene modo rem ſe habere in humano foetu, accurata partium inſpectione didicit. Teſtes, qui primis grauiditatis men- p. 21.
ſibus renes fere contingunt, paullatim ab illis recedunt, et verſus annulum progrediuntur, dein ſubeunt peritonaei cauos proceſſus, tandemque vltra annulum progreſſi in inguine aliquamdiu conſiſtunt, vt ad extremum in ſcrotum deuoluantur. Per totum hoc iter, quod lento admodum gradu perficitur, ſemper intra peritonaei ſaccum continentur. Nullam ſibi natura conſtantem legem indixit de tempore, quo teſtium deſcenſus abſoluitur. Conſtat tamen etiam ex noſtri obſeruationibus, teſtes plerumque in octimeſtribus foetibus in ſcrotum eſſe prolapſos, raroque maturos foetus in lucem edi inani adhuc ſcroto. Qua ratione teſtes deſcendunt, eadem elongantur ſpermatica vaſa, et eo minore flexu gradiuntur. Canalis vero deferens eo magis transuerſo et ſerpentino ductu progreditur, quo magis teſtes adhuc in abdomine la-

titantes a lumbis recedunt annuloque appropinqu
Teſtibus autem in ſcrotum prolapſis, elongatur
ipſe, quique antea a teſte intra abdomen poſito
ſcendebat, vel transuerſe reptabat, nunc a ſcroto p
mum aſcendit, vt pubis ſummam oram attingat, i
in peluim deſcendit, vt ſeminales veſiculas petat.
ritonaei proceſſus, qui teſticulum recepit, magis
gisque in ſcrotum producitur a gubernaculi vi et
ipſius teſtis pondere, vnaque ſcrotum produci
p. 23. Sed gubernaculum, quo propius teſtis ad imum ſc
tum accedit, eo breuius fit, nullumque amplius
p. 24. paret, vbi teſtis eo peruenit. Erythroides autem
ſtis tunica eſt ipſum gubernaculum inuerſum.
baſis, quae prius erat ſuperior, nunc eſt inferior,
vice verſa apex eſt ſuperior, qui antea erat infe
Hincque ratio apparet, cur erythroides tunica a
nali facile vndique ſeparetur, ſi imam teſtis par
demas, vbi eidem ſtricte admodum adhaeret;
enim eadem ratione iam adhaerebat gubernaculi
ſis, dum teſtes adhuc in abdomine condebantur.
throides ſeu vaginalis tunica eſt idem ille perito
cauus proceſſus in abdomine patulus, qui teſtem
capit. Albuginea eſt eadem peritonaei propago,
capſula, quae teſtem in lumbis haerentem iam ve
bat, ideoque cum vaginali continua. Intima
teſtis tunica, adhuc nominis expers, ipſa per ſe
fiſtit, ſuique generis eſt membrana, nullam cum al
ginea, neque cum vaginali communem originem
bens, tenuis, alba, multis ſanguineis vaſis inſcri
quae inter eam et propriam teſtis ſubſtantiam
punt: qua ſpermatica vaſa in teſtem et epididy
dem ſe immittunt, multis eſt haec tunica pertu
raminibus, vt liberum eisdem vaſis aditum prae
p. 28. — In omnibus veterinis pecudibus, vno forſitan
phante excepto, immo in omnibus fere quadrup
bus calidi ſanguinis, dum adhuc matris vtero con

ur, teſticuli, vt in humano foetu, in abdomine iacent, odemque tempore poſtea in ſcrotum deſcendunt: hoc vnum intereſt, quod in illis vaginalis tunicae meatus ſemper patet, et nunquam, ne poſt partum quidem, immo nec poſtquam adoleuerunt, clauditur: per totam vitam peritonaei oſtium hians, ouatum et angoſum apparet in inguine, per quod ſi ſpecillum demittas, in imam vaginalem nullo negotio perue-nies, et vice verſa, ſi per ſcrotum et vaginalem ſpe-cillum ſurſum impellas, in abdomen haud minus fa-cile penetrabis. — A muſculorum reſpirationi inſer- p. 43.
ientium actione in ſcrotum teſtes vrgeri, nemo ſibi perſuadebit, qui perpenderit, eos iam in ſcrotum, ſal-tem in inguina fere ſemper eſſe prolapſos, antequam reſpiratio inciperet. A proprio pondere, et vi ir-ruentis ſanguinis eos deduci, non magis probabile eſt, quum ab iisdem cauſis non deducatur hepar aut lien, viſcera multo ponderoſiora atque a maiore ſanguinis vi pulſata, quam teſtes. Noſter quidem ſe videre negat, cuinam parti potiore iure teſtis de-ſcenſus tribui queat, quam cremaſteri, vtpote muſculo, cuius adhaeſio immobilis tunc tem-poris eſt inferior ad inguen, mobilis autem ſuperior ad teſtem, quem ſeſe contrahendo non poteſt non deducere. Nam vtut debilis ſit ea aetate cremaſteris actio, nulla tamen non erit, ſatque magna ad teſtem deducendum videtur, ſi attendamus, quam lento ille gradu deſcendat. — Qui fiat, vt in homine, protruſis p. 41.
in ſcroti cauitatem teſtibus, vaginalis tunica tam cito claudatur, in quadrupedibus vero perpetuo caua, et in abdomen hians remaneat, multum eſt diſputatum hisque adhuc ſub iudice eſt. Aliqui huius tam ſin-gularis conſtantisque diſcriminis cauſam ſe ignorare fatentur, plerique a fine petitam proferunt, qua na-turam aiunt herniarum inguinalium frequentiam ſic praecauiſſe in homine, qui rectus incedit; quod pe-

riculum minus vel nullum erat in quadrupedibus quae, quum prona incedant, raro imo nunquam huius modi herniis vexantur. Quadrupedia minus frequenter, quam homines, bubonocele tentari, certum est, tentantur tamen aliquando, quod ſua ipſius experientia noſtrum ſaepe docuit. Haec vtut ſunt, inquirendum tamen eſt, quonam artificio tunica vaginalis clau-
p. 43. datur. Confutatis aliorum ſuper hac re opinionibus, vaginalis tunicae in homine conglutinationem cremaſteris muſculi actioni et teſtis ponderi tribuendam eſſe cenſet. Ratio, cur ab eadem cremaſteris actione teſtisque pondere in quadrupedibus tunica vaginalis non conglutinetur, a partium ſtructura repetenda eſt, qua quadrupedes ab homine differunt.
p. 49. — Pauca noſter de herniarum congenitarum curatione monet, quia a vulgarium ſanatione haud multum diſcrepat. Vt enim in vulgaribus herniis, quum inteſtinum vel omentum in abdomen repellere nitimur, non nimis pertinaciter compreſſionibus eſt inſiſtendum, ne prolapſa viſcera, quae forſitan proximis partibus adhaerent, laedamus, eadem cautio ac diligentia eſt adhibenda in herniis congenitis, ne vna cum viſceribus prolapſis teſtem contundamus et perfundemus eo magis, quod nullis certis notis ante ſectionem praenoſcere valemus, vtrum vulgaris, an congenita ſit hernia, quam curaturi ſumus: ſic quotiescunque ad eam ſectionem deueniendum eſt, quamadmodum caute ſuſpenſaque manu peragatur oportet, ne ipſe teſticulus ſcalpello vulneretur. Quanti ſit plena periculi ea vulgares hernias radicitus curandi via, qua, repulſis in abdomen viſceribus, integrum ſaccum lino deligare et infra vinculum abſcindi iubent, iam ab aliis eſt demonſtratum; ſed vt aliae mittantur rationes, quibus haec ligatura ab vſu periti chirurgis iure meritoque improbatur, per eam homini congenita hernia laboranti virilitatem adimi, quis non

non videt? Hydrocelis congenitis infantuli recens nati ob vaginalem tunicam adhuc in abdomine perviam aeque frequenter, atque herniis congenitis, obnoxii ſunt. Aliquando tamen et in adultis ſunt obſeruatae; quo in caſu, etiam poſt illius tunicae coalitum, factas fuiſſe auctor cenſet, a nimio madore laxatis tandemque ſolutis nexibus et vinculis, quibus illa conferbuerat, quemadmodum a longa maceratione in cadauere laxantur ac ſoluuntur. — Raro quidem, quandoque tamen euenit, vt idem homo ab eodem latere duplici hernia laboret, altera vulgari, congenita altera: fieri quoque poteſt, vt in eodem homine ab eodemque latere hernia vulgaris et hydrocele congenita inſint. — Ad finem huius ſcriptionis non- p. 51.
nulla contra clariſſ. VICQ D'AZYR monentur, cuius de eodem argumento diſſertatio in actis regiae academiae Pariſinae anni 1780 legitur.

III. *Diſſertatio phyſico-mathematica ſuper experi-* p. 53 –
mentis hydraulicis prope Auguſtam Taurinorum anno 91.
1783 *inſtitutis, auctore* IOS. THERES. MICHELOTTI.
Cum tab. aen.

IV. *Analyſis thermarum Vinadenſium (eaux ther-* p. 92 –
males de Vinay) vna cum obſeruationibus ſuper inſectis 122.
microſcopicis, quae in illis earumque muſcis continentur.
Auctore FONTANA. Thermae Vinadenſes iam per plures annorum centurias ob vires ſalutares celebratiſſimae fuerant. VIOTTVS quidem, haud ignobilis Pedemontii medicus, in opere anno 1525 euulgato, vbi de hisce balneis diſſerit, eorum virtutem non naturalem, ſed diuiniſſimam dicit, vti effectus ſingulis annis liquido commonſtrent. Plurimis e locis ſaxi quarzoſi ſcaturiunt. Noſter decem earum ſcaturigines notatu maxime dignas examinandas ſuſcepit. Caloris gradu inter ſeſe differunt: nam aliae hydrargyrum in thermometro Reaumuriano ad decimum ſeptimum gradum, aliae ad quadrageſimum tertium

quar-

quartumue euehunt. Aqua eſt limpidiſſima: odorem ſpargit hepaticum: ſapore admodum aequat ova dura calida: in vaſe clauſo cum agitatur, nonnullae bullae aëreae exſiſtunt in aquae ſuperficie euaneſcentes: pondere ſpecifico ad aquam deſtillatam eodem
p. 114. gradu calentem refertur = 10012 : 100001. Una libra continet aëris hepatici pollices cub. 3, muriae grana $4\frac{1}{8}$, calcis ſalitae grana $2\frac{1}{2}$, argillae grani $\frac{2}{3}$, alcali mineralis aërati granum 1, ſulphuris grani $\frac{1}{3}$.
p. 96. Quae vera ſit cauſa conſtantis caloris harum aquarum, difficulter ſane decernas. Dubitari nequit, quin thermae reperiantur, quarum calor ab ignibus ſubterraneis repetendus eſt: cuiusmodi ſunt, quae iuxta montes igniuomos ſcaturiunt. Aliarum calor debetur ſtratis calcareis, ſchiſtoſis, margaceis, ac pyritarum decompoſitioni, vnde poteſt oriundum eſſe gas illud hepaticum, quo certae quaedam aquae ſcatent. At vero ſi conſtantem calorem nonnullarum thermarum per plura ſecula iam cognitarum attendas, quarum aliae nihil peregrini, aliae plures ſales ſolutos tenent, parum videtur poſſe cogitari, quomodo calor oriri queat e conſtante regularique decompoſitione iſtarum ſubſtantiarum in montium viſceribus incluſarum aut e ſimplici aquarum tranſitu per ſtrata terrea vel lapidea, quorum actio reciproca conſtansque ſemper eſt ponenda. Imo certis in caſibus ad principium quoddam naturae conſtans refugiendum fuerit. Quid, ſi qua ſit hac in re vis electricitatis? Noſter quidem ab hac ſententia non alienus eſt, cum eas collegerit obſeruationes, quae illam ſatis probabilem reddant.
p. 117. — Lutum balneatorium thermarum Vinadenſium eſt ſubſtantia mollis ac ſaponacea: non eſt aquarum ſedimentum, ſed terra argilloſa aquis humectata, a quibus eius virtus et calor dependent. Si humidum aëri exponitur, in eius ſuperficie ſales efflorescunt. Siccatum colore eſt cinereo: naturam ſaponaceam mani-

manifeſtat, ſeque e particulis terreis ſubtiliſſimis conſtare, arguit: igni immiſſum odorem exhalat ingratum. Magna ex parte compoſitum eſt e terra argilloſa, exigua micae quantitate, moleculis ſiliceis ſubtiliſſimis ferroque, cui color cinereus debetur. Si oleum tartari p. d. luto iam adhibito infunditur, ſtatim vapores ſurgunt alcali volatilis, id quod minime accidit, ſi lutum nuper eſt collectum. Alcali volatile tali modo extricatum videtur repetendum eſſe ab humoribus transſpiratis eorum, qui aliquam corporis partem luto indiderunt. Quapropter lutum, quod non diu adhibitum eſt, principium illud volatile exhibere nequit. Conſtat ſalem ammoniacum menſtruum eſſe perquam efficax: ideoque recenti luto vetus diuque vſurpatum praefertur. Si acidum vitriolicum luto adfunditur, vapores exſiſtunt acidi muriatici. Principia luti cum aquarum principiis coniuncta remedium caloris beneficio ſiſtunt efficaciſſimum, quo inprimis ſynouia articulorum viſcoſa reſoluitur partesque ſolidae roborantur: omninoque omnibus corporis partibus lutum cum ſucceſſu applicatur. — Muſcus horum balneorum eſt ſubſtantia p. 119.
mollis, flexilis, paullulum tenax atque ex fibris compoſita, quae denuo in fibrillas diuiduntur. Clariſſimus ALLIONI ſecundum LINNAEVM eam vluam labyrinthiformem dixit *). Saxo adhaeret, vbicunque illud aquae thermales alluunt. Alia aetate alio eſt colore: principio albida eſt, tum tinctum contrahit carneum, qui paullatim in viridem poſtremoque in ſubnigrum tranſit. Vbi pedibus non calcatur, vſque ad altitudinem quatuor pollicum excreſcit. Si eam oculis armatis intueare, ſcatere eam inſectis videas, quae in tanto calore tamen viuunt, nutriuntur prolemque gignunt. Quod nemo mirabitur, qui meminerit SONNERATVM in aliqua inſularum Philippi-

*) Flora Pedemontana Vol. 2. pag. 334. n. 2639.

lippinarum riuulum vidiſſe, in cuius aqua piſces natarent, etſi illa calorem 69 graduum thermometri Reaumuriani haberet. Igni expoſita crepitat odoremque, qualem ſubſtantiae animales exhalant, ſpargit: quorum phaenomenorum ratio ab inſectis ac ſale marino repetenda eſt. Siccata et aquae denuo immiſſa humorem paullulumque priſtinae elaſticitatis recuperat. Haec aqua ſi percolata eſt, reagentia aliqua principia ſalina aquae thermalis in ea manifeſtant. Muſcus noſter vini ſpiritum colore obſcure flauo tingit, quam tincturam ſi percolaueris euaporandoque coëgeris, ſubſtantiam habebis reſinoſam et amaram. Is ſapor a ſale marino deliqueſcente, in vini ſpiritu ſolubili, deriuandus eſt: pars extractiua muſco originem ſuam debet. Eadem eſt muſci, quae aquarum thermalium, virtus: facile poteſt applicari omnibus corporis humani partibus, ſi humores ſoluendi partesque ſolidae roborandae ſunt. — Duae ſpecies inſectorum in aquis thermalibus earumque muſcis reperiuntur.

p. 121. Prior eſt illa, quam BECCARIA in vrina corrupta ac foetida detexit. Haec inſecta figura ſunt ſphaeroidali: e loco natali aliorſum translata mox languent pereuntque, vt arte opus ſit ad ea cum ſucceſſu obſeruanda. Altera ſpecies, cuius deſcriptio accurata ROFFREDO debetur, proboſcide armata eſt, quae pro lubitu inſecti protenditur retrahiturque: os inſtructum eſt multis aculeis ad praedam capiendam accommodatis, qui motu oſcillatorio continenter agitantur: haec inſecta, quae gradum caloris temperatum diu tolerant, cum ſint grandiora priore ſpecie, facilius poſſunt obſeruari. Praeter has tertia ſpecies in aquarum ſuperficie inuenitur: haec oculis nudis patet: inſtructa eſt ſerra, aculeo atque tubulo.

p. 123– 147. V. *Experimenta cum platina inſtituta, auctore* NICOL. DE ROBILANT. Haec experimenta iam anno 1757 ill. auctor regia auctoritate inſtituit. Cum in illis

lis nonnulla reperiantur, quae alibi fruſtra quaeſiue-
s, laudandus eſt noſter, quod publici ea iuris eſſe
ſſit.

VI. *Continuatio experimentorum et obſeruationum* p. 148-
per aëre dephlogiſticato. Auctore Com. de SALU- 179.
ES. *Pars II.* Hac in parte inquirit ill. auctor, quas-
am mutationes acidum nitroſum, dum ſuper hy-
rargyro recenti ſaepius deſtillatur, ſubeat, aërisque
itroſi naturam diligenter examinat.

VII. *Continuatio experimentorum et obſeruationum* p. 180-
per aëre dephlogiſticato. Auctore eodem. Pars III. In 217.
ac parte variae chemicorum et phyſicorum de prin-
cipii cauſtici indole opiniones inter ſe comparantur.

VIII. *Super noua methodo calculi integralis pro dif-* p. 218-
ferentialibus ſignum radicis quadratae continentibus, ſub 290.
quo variabilis quartum gradum non excedat. Auctore
E LA GRANGE.

IX. *De vtilitate proiectionum orthographicarum* p. 291-
eam in vniuerſum quam ad orbitam cometarum repe- 327.
iendam illosque detegendos, quorum reditus exſpecta-
ur. Auctore Abb. DE CALUSO.

X. *Super aurora boreali obſeruata Auguſtae Tau-* p. 328-
inorum die 29 Februar. 1780. *Auctore Com.* MO- 338.
OZZO.

XI. *Diſſertatio ſuper ſtructura et augmento oſſium.* p. 339-
Auctore PERENOTTI. Quatuor in partes haec diſſer- 400.
atio diuiſa eſt. In prima parte de ſubſtantia et ſtru-
tura oſſium agitur. Et primum quidem diligenter
ecenſentur, quae inde a literis reſtauratis a clariſſimis
iris deque anatomia optime meritis, FALLOPIA, VE-
ALIO, EVSTACHIO, MALPIGIO, GAGLIARDO,
REW, HAVERSIO, DU HAMEL, DE LA SONE, HE-
ISSANT, FOUGEROUX ſuper hoc argumento detecta
uerunt. Satis conſtat inter rerum anatomicarum
eritos, illos non de omnibus, quae ad oſſium ſub-
tantiam ſtructuramque pertinent, inter ſeſe conſen-
tire.

tire. Qui diſſenſus noſtrum mouit, vt per pl
annos ipſe experimenta inſtitueret. De his exp
mentis auctor accurate exponit. Quae ex iis co
p. 361. quuntur, huc fere redeunt. Oſſa conſtant ex la
nis reticulatis, quarum extimae omninoque om
quae ſubſtantiam compactam efformant, ſucco ex
vaſato ipſarum cauitates replente conſolidantur fi
rumque longitudinalium faciem ipſarum interio
operientium formatione craſſeſcunt. Hae fibrae
hil ſunt aliud quam ille ipſe ſuccus gelatinoſus ex
ſusque, qui cauitates laminae primitiuae replet in
que figitur: etenim hae fibrae perinde ac ſuccus
tina maceratione aqua foluuntur. Itaque earum
matio a ſucco extrauaſato dependet, qui cum ſang
nis, vnde ſecernitur, impulſum extremitatum
vaſorum capillarium, a quibus deponitur, direction
ſequatur, fibras gignit potius in longitudinem qu
p. 363. aliorſum porrectas. — In altera parte huius diſſer
tionis noſter inquirit, quasnam mutationes oſſa
ſtatu naturali ſubeant, tum quae phaenomena ea
p. 374. beant in ſtatu praeternaturali. — In tertia parte d
riſſ. DU HAMEL ſuper hac re hypotheſis examinat
ac confutatur. Conſtat enim, illum oſſium callu
in fracturis geneſin maxime a perioſteo repeti
Huius opinionis argumenta ſingula noſter percen
p. 390. atque euertit. Idem argumentum in quarta pa
continuatur.

p. 401– XII. *Diſſertatio ſuper arena aurifera Morgi (O*
418. *to) regionisque adiacentis. Auctore com.* BALBE. Qu
iam aliorum naturae ſcrutatorum ſagacitas repe
etiam noſtri obſeruationibus ſatis ſuperque confir
tur, aurum fluuiatile non mineris auriferis aquar
vi abradi inque fluuiorum alueos deferri, ſed in ip
terrae ſtratis, quae fluuii permeant ſuoque curſu
nudant, abſconditum iacere. Ratio auri lauandi i
vſu recepta diligenter deſcribitur. Arena auri
pingu

pinguis eſt, cum argilla ei admixta ſit: praeterea plurimum ferri tenet, vnde niger color eius repetendus eſt, adeoque forſitan initio aurum in pyritis latuit, qui progreſſu temporis fatiſcerent. Conſtat enim, vix reperiri mineram pyriticam, quae auro careat. SCOPOLI quidem in omnibus Hungariae inferioris pyritis aurum reperit *). Poſtremo ſoli regionis adiacentis natura deſcribitur. — Accedit catalogus fluminum riuorumque auriferorum in terra continente regis Sardiniae imperio ſubiecta.

XIII. *Analyſis aquarum mineralium primariarum Sabaudiae. Auctore* BONVOISIN. Aquis mineralibus, quae in Sabaudia reperiuntur, ſtrictim enumeratis, auctor ad thermas Aquarum Gratianarum (*Aix*) deſcribendas et examinandas ſeſe conuertit, de ceteris aquis Sabaudicis alia occaſione verba facturus. Duo illic fontes ſcaturiunt diuerſae naturae: alter dicitur aqua ſulphurea (*eau de ſoufre*), alter (ſed perperam: nam nihil tenet aluminis) aqua aluminoſa (*eau d' alun*). Ambo tanta aquarum copia prorumpunt, vt molis circumagendis inſeruire poſſent. Ambo ad potus balneaque aegrotorum adhibentur. Scatent ex lapide calcareo duro alboque. Odorem ſpargunt ouorum putridorum ſiue hepatis ſulphuris: ſulphureus tamen longe grauiorem quam aluminoſus. Fere ſemper eodem ſunt calore: cum a noſtro examinarentur, thermometrum Reaumurianum ad trigeſimum quintum gradum euehebant. — Cauernae aliquot aquas has continentes diligenter deſcribuntur, in quarum aliqua acidum vitriolicum liberum ſe reperiſſe auctor teſtatur. Rariſſimum hoc eſt phaenomenon: BALDASSARVS quidem, quem conſtat de acido vitriolico libero a ſe inuento retuliſſe, falſus noſtro

p. 419–454.

p. 425.

p. 428.

*) MACQUER'S *chymiſches Wörterbuch 3ter Theil, pag.* 544, *2te Ausg.*

noſtro videtur, cum acidum vitriolicum purum c
deret, quod ſelenites eſſet acido ſuperſaturatu
p. 431. Lacus, quo aqua ſulphurea coërcetur, praeter pla
aquaticas muſcosque, quales fere in thermis reper
tur, ſedimentum continet coloris nigri floccos
albos. Hi flocci e ſulphure conſtant, cui pauxill
terrae calcareae ferrique admixtum eſt. Etiam ſe
mentum nigrum terra calcarea eſt cum reliquis pr
cipiis aquae fixis pauxilloque ſulphuris ac ferri c
iuncta. Si argentum aquae ſulphureae immergi
breui rubrum, tum nigrum colorem contrahit: qu
ipſum in altera aqua accidit. In vniuerſum no
dum eſt, acida aquae ſulphureae adfuſa nihil praec
tare: itaque nihil ea continet hepatis ſulphuris v
garis. Sin aliquamdiu in amplis excipulis ferv
poſtque aëri exponitur atmoſphaerico, verum g
manumque ſulphur demittit. Acidum nitroſum
phlogiſticatum ac fumans ſi paullatim adfundi
nubeculae leues oriuntur: ergo aër ineſt hepati
perquam ſubtilis. Si aqua ſulphurea aliquamdiu
per aqua calcis digeritur, pellicula exigua coalesc
vnde intelligas, aërem hepaticum cum exigua cop
la aëris fixi vnitum eſſe, niſi forte fixum ex hepa
decompoſitione oriri placeat. Aër hepaticus v
mine ſuo tertiam fere aquae partem aequat. Si v
pores ſpiritus nitri concentrati ac dephlogiſticat
vas immiſeris inuerſum ac mercurio clauſum, qu
aquae ſulphureae aëre repletum ſit, leuis nebula
ſcitur: ſcilicet tali pacto aër hepaticus deſtru
ſulphurque decidit. Id ipſum accidit, ſi in eod
apparatu aër dephlogiſticatus cum aëre aquae ſulp
reae commiſcetur. Quantum ſulphuris in hoc
do aëriformi inſit, noſter non audet definire. Al
volatile maxime cauſticum, quod aquam calcis p
ſus intactam relinquat, ex aqua ſulphurea magn
praecipitati vim deturbat: quod praecipitatum fi
be

neficio ſeparaueris, liquidum habebis limpidiſſi-
um, cui ſi oleum tartari per deliquium adiungas,
enuo magna vis praecipitati delabitur. Solutio ar-
enti nitroſa aquam conturbat, tinctuque inficit ad-
odum obſcuro, cui nonnihil albi coloris admixtum
ſt. Plumbum acetatum pariter praecipitatum admo-
um nigrum excutit: igitur acidum ſalis aërque he-
dicus inſunt. Neque minus aqua calcis praecipi-
tionem ciet: magneſiam igitur aqua ſulphurea te-
et. Acidum ſaccharinum terraque ponderoſa acido
lis ſoluta pariter eam turbant: vnde acidi vitriolici
raeſentia intelligitur. Acidum vitriolicum eam non
rbat: itaque nihil continet terrae ponderoſae. Ho-
um principiorum indolem vt noſter accuratius co-
noſceret, ad euaporationem eſt conuerſus. E duo- p. 434.
etriginta aquae ſulphureae libris obtinuit 9 grana
lcali mineralis vitriolati ſiue ſalis Glauberiani, 19
rana magneſiae vitriolatae, 11 grana calcis vitriola-
e, 4 grana magneſiae ſalitae, 30 grana cum dimidio
lcis aëratae, vnum denique circiter granum ferri,
auxillum partium extractiuarum animalium, aëris-
ue hepatici cum pauxillo aëris fixi commixti, quod
re tertiam voluminis partem aequaret. — Eadem p. 439.
tione ac diligentia noſter aquae aluminoſae indo-
em et principia ſcrutatus eſt. Haec aqua minorem
uantitatem aëris hepatici continet. In duodetriginta
ibris inſunt 6 grana alcali mineralis vitriolati, 18 gra-
a calcis vitriolatae, ſex grana magneſiae vitriolatae,
2 grana calcis ſalitae, 4 grana magneſiae ſalitae, 32
rana calcis aëratae, duo grana ferri, particulaeque
liquot extractiuae animales. — Itaque ſatis differunt
no iſti fontes, id quod etiam ex diuerſis eorum vi-
ibus in morbis ſanandis intelligitur. Hae vires p. 442.
norbique, quorum ab illis medela ſperari poteſt, ac-
urate copioſeque enumerantur. — Ad finem huius p. 449.
iſſertationis leguntur meditationes phyſicae ſuper

cauſa et origine aquarum thermalium. Plerique omnes auctores cenſent, pyritarum humiditate in cis clauſis fatiſcentium decompoſitionem cauſam bendam eſſe non modo caloris aquarum thermali ſed etiam productionis aëris hepatici illas obſide atque adeo formationis ceterorum principiorum thermis obuiorum. Hanc ſaepenumero cauſam cum habere, etſi noſter non negat, idem tamen perſuaſum habet, naturam ad eundem aut ſimil finem obtinendum alias quoque operationes par occultas adhibere. Quanta enim vis eſt corpor ſponte ſua incaleſcentium adeoque flammam co pientium? Fluidorum autem aëriformium relic rumque thermarum principiorum geneſin qui ab pyritarum fatiſcentia repetit, parum is ſciat, quot turae artificia ad corpora producenda ſuppetant.

Iam ſequuntur correſpondentium diſſertationu

p. 1 – 106. I. *Analyſis chemica ſchiſtorum, qui Salanciae Sax dorum (Sallenche) reperiuntur. Auctore* TINGRY. ſchiſti aëri atmoſphaerico expoſiti in pluuerem fa ſcunt, cuius naturam auctor ſumma cum diligen perquiſiuit. Decoctionis beneficio inde obtinuit lis Seidlizenſis magnam copiam, ſeleniten, calcem litam, calcem aëratam, ferrique pauxillum. Praeter in eo continentur terra aluminaris, atque magne

p. 63. — Cum parum inter chemiae ſcriptores de magn ſiae fuſibilitate conſtet, hanc quaeſtionem ſolu dam noſter ſibi propoſuit. Ex eius experime clariſſime apparet, magneſiam puram in vitrum p fectum igne ſatis intenſo poſſe conuerti. — Fe omnes auctores ad magneſiam e ſale amaro extrica dam tantum ſalis alcalini ſumendum cenſent, quo tum ad ſaturationem neceſſarium eſt. Ab hor auctoritate diſſentiens BUTINI, qui nuper de magne librum edidit *), plus ſalis alcalini ad magneſiam praec

*) P. BUTINI nouvelles obſervations et récherch

itandam adhiberi iubet. Quae ſit huius diſſidii ra- p. 83.
io quamque vim in magneſiae indolem viresque ha-
eat, noſter accurate ſcrutatur. — Poſtremo doce- p. 102.
ur, qua ratione magneſiae magnae quantitates cum
ructu parari poſſint. Noſter fere 25 libras ſalis ama-
i atque 25 ad 30 vſque libras cinerum clauellatorum
ſurpat. Cineres clauellatos circiter 60 aquae ebul-
ientis libris ſoluit. Hanc ſolutionem ſinit refrige-
cere, quo facilius pars tartari vitriolati deſidat, atque
ryſtalliſetur. Liquorem limpidum per filtrum trans-
mittit, ſedimentumque, cuius ſemper magna eſt co-
ia, bis pauca aqua lauat, vt partes alcalinae auferan-
ur, quae illi liquori adfunduntur. Pariter ſalem
marum 60 aquae fontanae libris diſſoluit percolat-
ue ſolutionem, vt partes peregrinae ſecedant. Quod
ſal non perfecte purus eſt nonnihilque, vt fit, calcis
litae continet, vnam duasue vncias acidi vitriolici
dmiſcet liquidumque quietum ſeruat, vt gypſum ita
atum praecipitetur. Iam ambae ſolutiones ad ebul-
itionem perductae commiſcentur: quod dum fit,
ixtura ſpatula lignea ampla vehementer agitatur,
uo facilius aër fixus extricetur terraque praecipitata
iuidatur. Poſt primam hanc diuiſionem partem
raecipitati filtro imponit, quo iuſtum ſaturationis
unctum appareat. Hoc conſilio liquorem ſalinum
ranſtillantem duobus vitreis excipit: alterique vi-
reo pauxillum liquoris alcalini infundit. Quod ſi
ihil praecipitatur, quantitas ſalis Seidlizenſis quan-
itatem ſalis alcalini non excedit. Altero in vitreo
dmiſcet aliquot guttas ſalis Seidlizenſis ſoluti, quae
es ſi nullam gignit nubem, apparet, perfectam eſſe
aturationem. Alioquin ſalis Seidlizenſis aut alcalini
olutio adfunditur. Tenendum eſt, in hisce tenta-

 min-bus

analytiques ſur la magnéſie du ſel d' Epſom, ſuivies de reflexions ſur l' union chymique des corps. Genève 1781. 8.

minibus liquores admodum calidos esse oportu
Liquor tali modo ad saturationis punctum perduc
iam integram horam ebullire cogitur, postque p
colatur. Praecipitatum 80 libris aquae bullie
perfunditur denuoque filtro immittitur. Qua p
fusione ac filtratione iterum iterumque repetita tu
dem vndecim circiter librae magnesiae siccae ob
nentur.

p. 107. II. *Experimenta ad methodum saponis cum fru*
– 112. *parandi detegendam accommodata. Auctore* SENEBI
Sola experimenta clariss. auctor hoc loco cum leg
tibus communicat, eorum theoriam alia occasione
turus. Vsus est lixiuio alcalino non perfecte cau
co, sed tamen, vt ipsi videtur, longe meliori, qu
quod vulgo adhibent, oleoque oliuarum Genu
optimo. Quinque partes olei cum duabus part
lixiuii alcalini commiscuit, neque vnquam caloris
neficio saponem parauit, sed semper mistura
horae quadrantem vicibus repetitis versauit. C
tam quantitatem olei oliuarum aëre fixo e creta p
acidum vitriolicum extricato saturauit, aliique qu
titati aequali eiusdem olei calcem viuam imm
Elapso tempore ad oleum aëre fixo saturandum aër
que fixum in oleo naturaliter inhaerentem ope ca
amouendum necessario, tum haec olea tali mo
praeparata, tum oleum natiuum cum lixiuio caus
commiscuit. Hae tres misturae sapones dedere
optimos, sed alius alio temporis interuallo coal
Omnium citissime concreuit, ad quem oleum aëre
fixo calcis ope orbatum adhibitum fuerat: tar
oleum natiuum saponem perfectum exhibuit: tar
sime aëratum. Ex hisce tentaminibus aperte elu
aëris fixi in oleo praesentia saponis coalitum impe
ri. Quod vt clarius etiam appareret, noster hoc
perimentum instituit. In vase vitreo oleum aërat
aquae ad sexagesimum vsque gradum thermom

Reaumuriani calefactae expoſuit, donec aqua refrige-
ceret. Balneo hoc quinquies repetito, oleum fere
prorſus refrigeratum cum lixiuio cauſtico confudit.
Sapo longe citius quam in iſtis caſibus natus eſt. Ea-
dem operatio cum oleo natiuo non aërato inſtituta
eundem exitum habuit. Cum ſciret, aërem fixum
gelu ex aqua expelli, oleum congelatum cum liquore
alcalino commiſcuit. Hac ratione ſapo omnium ci-
tiſſime meliusque quam antea coiit. Vt intelligeret,
num pauca illa acidi tartarei quantitate, quae oleo
oliuarum ſolui poteſt, ſaponis fabricatio impediretur,
ſeptem octoue grana acidi tartarei cryſtalliſati omni-
que ſale alcalino liberati vna olei oliuarum vncia diſ-
ſoluit. Quo facto, oleum cum alcali cauſtico diffi-
cillime ſe vniri paſſum eſt. Cum lixiuium alcalinum
aëre fixo ſaturatum ſeruata proportione ſupra dicta
oleo oliuarum adfunderetur, commiſtio fluidorum vix
ac ne vix quidem ſucceſſit: nam etſi fluidis agitatis
oleum cum lixiuio alcalino nonnihil coniunctum vi-
deretur tinctumque lacteum contraheret, tamen per-
parum eius fluiditas erat imminuta lixiuioque ſua
conſtabat pelluciditas. — Pari modo noſter cum oleo
nucum admodum rancido pellucidoque experimenta
inſtituit. Lixiuio cauſtico admixtum paucis poſt mo-
mentis colorem rubrum contraxit, qualis laterum eſt.
Ipſa mixtura repleta erat bullis aëreis, quae vbiuis
apparerent neque euaneſcerent: octo diebus prae-
terlapſis necdum ſolida erat, licet ſpiſſior eſſet vtro-
que fluidorum, quae vſurpata fuerant. Aqua deſtil-
lata adfuſa, creuit fluidi ſpiſſitudo, cumque tantum
aquae additum eſſet, quantum mixturam ſaponaceam
volumine aequaret, mixtura plus conſiſtentiae adepta
gelatinamque admodum ſolidam mentita eſt. Ta-
men ſpatulae ligneae, cuius ope agitaretur, non, vt
ſapo, adhaeſit, nec vnquam perfectam opacitatem con-
traxit. Nihiloſecius aquam deſtillatam perfecte ſub-

iit inque ea vehementer ſpumauit. Cum idem oleum rancidum aëre fixo repletum ad ſaponem confic- dum ſumeretur, mixtura tinctum adepta eſt min- rubrum breuique decidit praecipitatum griſeo- bum, quod verus eſſet ſapo perquam durus aqua egregie ſolubilis. Liquor, qui illud praecipi- tum demiſerat, colore erat lateritio, ac liquori prior experimenti prorſus aequalis, etſi rubedine illi cede- re videretur: decantato cum aquae deſtillatae ſer tantumdem adfuſum eſſet, genuinus ſapo apparu minus ſolidus, quam prior, at opacus, bene comp- ctus nihilque continens bullarum aërearum. Cum noſter partem rubram huius ſaponis cum parte dur copularet, mixturam ſpumantem nactus eſt, quae ſ ponem prioris experimenti cum oleo nucum rancid inſtituti aequaret. — Si aërem alcalinum cum ole oliuarum coniungas, pariter ſaponem optimum hi bebis. Aëris alcalini id fere abſorbetur, quod oleum vſurpatum volumine aequat. — Quae cum ita ſint, apparet, in ſapone parando aërem fixum, quoad eius fieri poteſt, tam ex lixiuio alcalino, quam ex olei amouendum eſſe. Hac fortaſſis ratione fieri poter vt ſaponis magnae quantitates ſine ignis auxilio adeq- que minoribus ſumtibus parentur. Itaque lixiuium alcalinum calce maxime acri cauſticandum eſt: quo facto, nulla mora interiecta adhibendum, ſaltem in vaſis plenis, probe obturatis exiguoque inſtructis ori- ficio ſeruandum eſt. Quid, quod ipſa huius lixiui quantitas nunc ad fabricandum ſaponem neceſſari poterit imminui, ſi iuſtum cauſticitatis gradum habet. Quod ad oleum attinet, tenenda ſunt haec. 1) Par- tes olei mucoſae ſaponis coalitum non tantum non retardant, ſed adeo promouent. Nam noſter citius ſaponem nactus eſt, cum oleum amygdalarum dul- cium crudum, quale exprimitur, quam cum percol- tum adhibuiſſet. 2) Quo plus acidi in oleo denud-

um est, eo magis saponis coalitus impeditur. 3) Aër ixus ex oleo optime commodissimeque gelu potest xtricari. Aestiuo autem tempore vt idem finis ob-ineatur, oleum modico igne ad quinquagesimum, aut exagesimum vsque gradum calefaciendum est. Sunt amen olea, quae cum vix tantulum calorem impune erant, melius calcis viuae ope aëre suo fixo orbentur.

III. *Obseruationes meteorologicae super anno* 1783. p. 113.
Auctore VAN SWINDEN. – 140.
IV. *Tentamen nouae methodi differentialia siue flu-* p. 141.
xiones quantitatum variabilium considerandi. Auctore – 153.
BERNOULLI.
V. *Additamentum ad praecedentem dissertationem.* p. 153.
Auctore Abb. DE CALUSO. – 159.

II.

Mémoires de l' Académie royale des sciences. Années MDCCLXXXVI — LXXXVII. A Turin, chez Jean-Michel Briolo, imprimeur-libraire de l'Academie. 1788. 4. pagg. 657. et 14.

i. e.

Acta academiae regiae scientiarum Taurinensis. Pro annis 1786—87.

Dissertationes sociorum hoc in tomo continentur sequentes.

I. *De colore nigro, quem folia aëri inflammabili pa-* p. 1-6.
ludum expositа contrahunt. Auctore Com. MOROZZO.

Forte reperit ill. auctor in locis paludosis salices minores viminales, quarum folia in facie inferiore tinctu nigro infecta essent. Is tinctus fuliginem referebat, tamque copiosus erat, vt tria folia granum eius porrigerent. Folia cum comburerentur, flammam spargebant viuidam, maxime in parte nigra, vbi etiam ignem citissime concipererit; cumque multa folia in vase terreo vna comburerentur, nonnulla priusquam

ignem gignerent, colorem contrahebant aëreum quali chalybs igni expoſitus inficitur. Viginti circiter huius pulueris nigri grana aqua ſubacta ſiccataque cum lentis cauſticae ope accederentur, ignis protinus natus eſt puluisque veluti agaricus igniarius ardet. Cineres horum foliorum elixati ſalem dederunt nitrum linum ſumme cauſticum, terraque in filtro relicta cum acido vitriolico in ſelenitem coaluit. Pulueris niger acidis mineralibus perfuſus non efferbuit. Praeter haec experimenta multa alia noſter cum nigro illo puluere inſtituit, ex quibus clariſſime apparet, eum ab aëre inflammabili e paludibus continenter emergente oriundum eſſe. Suſpicatur auctor, hanc aëris inflammabilis emanationem in artificiorum illorum numero collocandam eſſe, quibus natura ad plantas in turfam conuertendas vtitur. Etiam in aliis plantis vaporibus paludum inflammabilibus expoſitis eundem puluerem reperit.

p. 7-21. II. *Analyſis aquarum medicarum prope Caſteletto Adorno et S. Genis, aliorumque nonnullorum fontium putreorum Pedemontii. Auctore March.* DE BRETT. *Diſſertatio I. De aqua minerali prope Caſteletto Adorno.* Haec aqua vbi ſcaturit, limpida eſt, ſed mox inbeſcit, cuius phaenomeni cauſa in aëris hepatici, quem aqua vehit, decompoſitione quaerenda eſt. Odorem exhalat hepaticum grauiſſimum, etſi nihil prorſus hepatis continet. Sapore eſt ouorum putridorum ſimulque admodum ſalſo et ingrato. Binae pintae Pariſinae huius aquae tenent

	Drach.	Gran.
Sulphuris	—	$\frac{61}{100}$
Calcis ſalitae	1	$17\frac{21}{100}$
Muriae	4	$5\frac{21}{100}$
Calcis aëratae	—	$50\frac{21}{100}$
Selenitae	—	$34\frac{21}{100}$
Pulueris ſilicei	—	$\frac{63}{100}$
Argillae	—	$\frac{61}{100}$
	6	$36\frac{18}{100}$

Pondus

Pondus ſpecificum huius aquae ad aquae deſtillatae pondus ſe habet = 317 : 313 ½.

III. *Diſſertatio II. Analyſis aquae prope S. Genis.* p. 22 – 68. Haec quoque aqua aërem hepaticum continet odoremque ſpargit ſulphureum. Praeter aërem hepaticum in ea reperiuntur acidum aëreum, nonnihil aëris atmoſphaerici, aërque inflammabilis. Quatuor librae tenent

	Grana
Sulphuris — —	1 50/100
Alcali mineralis aërati —	44 39/100
Salis marini cryſtalliſati	65 35/100
Calcis aëratae — —	1 23/100
Salis Glauberiani —	1
Pulueris ſilicei — —	27/100
	113 65/100

Pondus ſpecificum huius aquae ad pondus aquae deſtillatae refertur = 315 ½ : 313 ½.

IV. *Diſſertatio III. Analyſis aquae fontis Valentini.* p. 69 – 72. Haec aqua ab Auguſta Taurinorum proxime diſtat. Limpida eſt, omnisque tum odoris tum ſaporis expers, ac perquam ſuauis. Quatuor eius librae tenent

	Grana
Calcis aëratae —	9
Selenitae — —	— 75/100
Materiae mucilaginoſae quod ponderando aeſtimari non poſſit	
	9 75/100

Praeterea inſunt acidi aërei non ligati fere quinque pollices vnusque circiter pollex aëris atmoſphaerici. Pondus ſpecificum ad pondus aquae deſtillatae ſe habet = 314 : 313 ½.

Analyſis aquae fontis, qui della Brenta dicitur. Scaturit in prouincia Pignerolenſi. Limpida eſt, odore ac propemodum omni ſapore caret. Pondus eius ſpecificum ad aquae deſtillatae pondus eſt = 314 : 313 ½. Binae pintae Pariſinae continent p. 73 – 77.

Muriae

	Grana
Muriae — —	— $\frac{50}{100}$
Calcis aëratae — —	2 $\frac{13}{100}$
Selenitae — —	— $\frac{62}{100}$
Pulueris ſilicei fere —	— $\frac{2}{100}$
	3 $\frac{27}{100}$

Praeter haec principia fixa inſunt circiter quatuor pollices acidi aërei et vnus duoue pollices aëris atmoſphaerici.

p. 78–82. V. *Diſſertatio IV. Analyſis aquae putealis aedium Hotel Barol dicti.* Limpida eſt, nullo odore, exiguo ſapore. Quatuor librae tenent

	Grana
Calcis aëratae —	23 $\frac{25}{100}$
Selenitae — —	3 $\frac{75}{100}$
Terrae talcoſae et ſiliceae	1 $\frac{25}{100}$
	28 $\frac{25}{100}$

Praeterea inſunt minimum octo pollices acidi aërei liberi fereque duo pollices aëris atmoſphaerici. Pondus ſpecificum ad pondus aquae deſtillatae ut = 315 : 313 $\frac{1}{2}$.

p. 83–87. *Analyſis aquae putealis Enuienſis.* Sita eſt in provincia Salutienſi. Limpida eſt, nullo nec odore nec ſapore. Octo librae tenent $\frac{38}{100}$ grani calcis aëratae et $\frac{2}{100}$ grani materiae nigrae, quae acidis frigore non ſoluitur. Praeterea inſunt fere duo pollices aëris atmoſphaerici, ſed nihil acidi aërei.

p. 88–91. *Analyſis aquae putealis monaſterii Auguſtae Taurinorum le couvent de N. D. des Anges dicti.* Limpida eſt et ſuauiſſima, cum odore ac ſapore prorſus careat. Pondus eius ſpecificum ad pondus aquae deſtillatae ſe habet = 314 : 313 $\frac{1}{2}$. Binae pintae Pariſinae tenent

	Grana
Calcis aëratae — —	8 $\frac{50}{100}$
Selenitae — —	1 $\frac{50}{100}$
	10

Praeter

Praeter has materias fixas inſunt circiter quatuor pollices acidi aërei liberi vnusque pollex aëris atmoſphaerici.

Analyſis aquae putealis monaſterii Auguſtae Taurinorum le couvent de N. D. de la Conſola dicti. Limpida eſt, ſine odore et ſapore, ſuauiſſimaque, nec viribus caret alui ducendae. Quatuor librae tenent p. 92 – 96.

	Grana
Calcis aëratae — —	$4\frac{50}{100}$
Selenitae — —	$1\frac{10}{100}$
Magneſiae vitriolatae —	$3\frac{37}{100}$
Pulueris ſilicei vix —	— $\frac{8}{100}$
	$9\frac{25}{100}$

Inſunt praeterea ad ſummum tres pollices cum dimidio acidi aërei liberi vnusque pollex cum parte quarta aëris atmoſphaerici. Pondus ſpecificum ad aquae deſtillatae pondus ſe habet = 314 : $313\frac{1}{2}$.

VI. *Deſcriptio monſtri humani bicipitis ſeptimeſtris. Auctore* PENCHIENATI. Tribus tabulis aeneis hoc monſtrum repraeſentatur. p. 97 – 102.

VII. *Methodus certiſſima kermes minerale praeclarum parandi. Auctore* FONTANA. Auctor eſt noſter, vt in antimonio adhibendo cautio adhibeatur, ſe enim narrat antimonium reperiſſe, in quo partes arſenicales laterent. — Methodus noſtri kermes minerale parandi huc redit. Via ſicca hepar ſulphuris ex vnciis florum ſulphuris ſex duodecimque vnciis ſalis tartari conficit. Hoc hepar in mortario marmoreo pulverat pulueremque cum duodecim libris aquae deſtillatae vaſi ferreo immittit. Vbi aqua tamdiu ebulliit, vt hepar iam ſolutum ſit, paullatim ingeruntur ſex vnciae antimonii regulini puluerati ac cribrati. Regulus antimonii protinus ab hepate ſulphuris cum efferueſcentia ſoluitur. Iam liquor hepaticus ad conſiſtentiam vnguenti liquidi coquendo inſpiſſatur. Quo facilius antimonium in kermes minerale redigatur, per aliquot horae momenta materia ſpatula ferrea p. 103. – 107.

ferrea agitanda eſt. Tum adfunduntur viginti libr
aquae deſtillatae ebullientis mixturaque horam in
gram coquitur: poſt liquor percolatur ex eoque k
mes methodo vulgari ſecernitur, quod tum ſuffici
te quantitate aquae deſtillatae paullum tepentis la
tur. Quod in filtro remanſit, cum liquore, vnde k
mes ſeparatum eſt, igni denuo exponitur; id vbi a
quamdiu ebulliit, percolatur, idemque proceſſus r
petitur, donec kermes omne per filtrum tranſier
Liquor, vnde omne kermes minerale ſeparatum e
cum acido quolibet poteſt commiſceri, vt ſulphur
hepar decomponatur, quod portionem partis regu
nae ſolutam tenet, ſicque ſulphur auratum antimo
nii obtineatur. — Hac methodo cum omne inqu
namentum arſenicale euitatur, (nam dum antimonium
reducitur, arſenicum, ſi quod in eo ineſt, abigitur)
tum longe maior quantitas kermes mineralis obt
netur. — Kermes minerale noſtro videtur e cal
antimonii et aëre hepatico compoſitum. Scilic
cum lagenam aëre hepatico repleuiſſet, quem hepa
ſulphuris per acidum vitriolicum decompoſitionem p
rauerat, nonnihilque reguli antimonii indidiſſet, hu
ius metalli ſuperficies tinctum, qualem kermes habe
minerale, contraxit. Hac de re forſitan alio tempor
fuſius aget.

p. 108. VIII. *Obſeruationes ſuper viribus deleteriis aqu*
– 112. *lauroceraſi factae, cum duo homines eius hauſtu Augu*
Taurinorum periiſſent. Auctore PENCHIENATI. Lau
roceraſus ſeculi decimi ſexti anno ſeptuageſimo ſex
Trapezunte in Galliam transuecta fuit. Vires eius
deleteriae iam veteribus cognitae a STRABONE, APU
LEIO, PLINIO commemorantur. — Vſus docui
quinque ſexue guttas aquae bonum ſtomachicum
eſſe, canesque pingues reddere. Coqui Angliae, Hi
berniae et Italiae aliquot eius guttis lacticinia viniq
ſpiritum inficiunt, vt illis odorem gratum ſaporem
qu

ue ſuauem amygdalarum amararum concilient. Sed venenoſa huius aquae indoles recentioribus demum temporibus agnita fuit. Quam autem in viſcera humana vim habeat, cum nemo adhuc docuerit, hanc toxicologiae lacunam explere noſter hac diſſertatione conſtituit. Scilicet Auguſtae Taurinorum nuper accidit, vt mulier virque duobus aquae lauroceraſi cochlearibus exiguis temere hauſtis derepente morerentur. Noſter ad cadauerum examen conuerſus cutem vidit colore praeditam naturali, palpebras ſemipertas, inque muliere pupillam oculi ſiniſtri magis quam dextri adeoque ſupra ſtatum naturalem dilatam. Amborum os magna vi clauſum erat, ſic vt eius aperiundi ergo muſculi maſſeteres ac tendines muſculorum temporalium reſecandi eſſent. Inter labia nonnihil ſpumae apparebat. Aperto ore, ſpumae paullulum in linguae lateribus ac palato conſpiciebatur. Linguae totiusque oris ſuperficies erat alba. Oeſophagus viri nihil ſubierat mutationis; ſed membrana interior oeſophagi feminae ad exiguam vſque a cardia diſtantiam colore cinereo tincta erat. Amborum pulmones pleni erant ſanguinis: magis tamen dexter ſiniſtro, eiusdemque ſuperficies lobi maximi in femina ecchymoſin habebat, vt fere gangraenoſus videretur. Ventriculus feminae plenus erat cibis humori mucoſo, ſubrubro ac ſpumanti remixtis ac tam parum manducatis, vt eorum indoles poſſet agnoſci: contra ea viri ventriculus erat vacuus inque fundo ciborum manducatorum loco dimidiam circiter libram tenebat muci, cruore nigro tincti ac ſpuma tecti. Quo muco remoto, macula nigra comparuit plures lineas lata, quae primo gangraena membranarum videretur; ſed hoc muco ſanguineo, qui tunicae villoſae tenaciter adhaerebat, ſcalpelli ope abraſo, iſtarum membranarum intus et extra color natiuus viſus eſt. Res inde videtur repetenda, quod

venenum

venenum in illo loco diutius commoratum eſt. V
meſenterii in vtroque cadauere, ventriculi atque
teſtinorum tenuium, maxime in femina, plena er
ſanguine magis nigro quam in ſtatu naturali. Ve
fellea in viro mire ſcatebat bile ſubnigra, cum in
mina prorſus eſſet vacua. Huius diſcriminis cau
repeti poteſt a diuerſa vi veneni in ventriculos, vtr
quod in viri ventriculo diutius ſubſiſteret, ſed in
mina citius in inteſtina promoueretur. Ideo intu
num duodenum dimidiaque inteſtini ieiuni pars
femina magis inflammata erant mucoque plena fu
illi, qui in viri ventriculo repertus fuerat. In eod
inteſtino pariter conſpiciebantur maculae facie gr
graenoſa; ſed abraſo muco, quo inteſtini parietes
teriores veſtiti erant, iſtae maculae euanuerunt. C
dis, hepatis, lienis, pancreatis, renum et veſicae u
nariae in vtroque cadauere, inque femina vteri ſtr
naturalis repertus eſt. Vix ventriculus et intes
aperta erant, cum odor amygdalarum amararum od
ri perquam ſimilis ſentiretur. — Spuma in ore ca
verum reperta STRABONIS obſeruationem confi
mat, lauroceraſum animalibus, quae ea veſcun
mortem inducere morti epilepticorum analog
nouoque argumento eſſe videtur, aquam huius arb
ris vim ſuam venenoſam in neruos exſerere.

p. 113. IX. *De orbita urani vna cum nouis tabulis pro*
– 148. *dem planeta. Auctore Abb.* DE CALUSO.
p. 149. X. *Examen phaenomenorum, quae reductio nou*
– 179. *larum calcium metallicarum exhibet. Auctore Com.* D
SALUCES. Experimenta ill. auctoris et obſeruatio
inde deductae ad eius de aëris dephlogiſticati natu
hypotheſin confirmandam comparata ſunt. In tab
lis aeneis tribus ſiſtitur inſtrumentorum apparat
quo in experimentis iſtis inſtituendis vſus eſt.
p. 180. XI. *Examen abſorptionis, quam carboni in ſo*
– 214. *clauſis tribuunt. Auctore Com.* DE SALUCES. Num

roſa experimenta tum a noſtro tum a Com. MOROZ-
zo inſtituta accurate recenſentur, addita deſcriptio-
ne apparatus.

XII. *Methodus ſummandi ſeries reciprocas ſinuum* p. 215.
aut coſinuum arcuum in progreſſione arithmetica. Au- – 244.
tore Equ. LORGNA.

XIII. *Deſcriptio particularis ducatus Auguſtae Prae-* p. 245.
toriae (duché d' Aoſte), una cum tentamine ſuper duabus – 274.
fodinis veterum Romanorum ac ſupplemento theoriae montium et minerarum. Auctore Equ. NICOLIS DE RO-
BILANT. Ill. auctor in terrarum regis Sardiniae ditio-
ni ſubiectarum diuitiis mineralogicis eruendis deſcri-
bendisque ſtrenue pergit. Hac in diſſertatione de-
ſcriptio accuratiſſima ducatus Auguſtani ſiſtitur. Ma-
ximam haec regio attentionem meretur tum ob an-
tiquorum temporum monumenta ibi ſparſa, tum ob
inſignes regni inorganici diuitias in eius montibus
reconditas. Auguſta Praetoria (*Aoſta*) in medio ſita
ducatu Caeſaris Auguſti aetate aedificata fuit. Palatii
Praetoris atque amphitheatri rudera adhuc in ea ſu-
perſunt. Praeterea inſignis arcus triumphalis in Au-
guſti honorem, cum Salaſſos deuiciſſet, erectus ibi
adhuc conſpicitur. Omnino in toto ducatu Augu-
tano clariſſima magnitudinis ſplendorisque Romano-
rum monumenta reperias, de quibus noſter accurate
refert. — Populus ſummos montes incolens formoſo
eſt corpore, ingenioſus laborumque patiens. E con-
trario qui imas valles habitant ſubſtantiis calcareis re-
pletas vaporibusque mephiticis infectas, craſſo ſunt
corpore et hebeti ingenio. Solum ſatis fertile eſt ac
frumenti, ſecalis aliorumque leguminum ferax. Nec
vitium cultura negligitur. Etiam pratis pulcherrimis
regio abundat, quae miro artificio irrigantur. Pri-
mariae incolarum diuitiae pecudes ſunt. Baſis mon-
tium granitica eſt, quae ſtrata variae naturae, quarzo-
ſa, cornea, ſerpentina etc. ſuſtinet. E fodinarum

cultura longe plus lucri ſperari poſſet, ſi maiori ſtudio ac peritia incolae illi operam nauarent. O no terrae ſuae theſauris non ita vtuntur, vt vberrimos inde fructus percipiant. — STRABO auctore iam primi vallis Auguſtanae incolae, Sa fodinarum cultura occupati fuere. Illis ab Aug deuictis, fodinarum cura ad Romanos deuenit. rum fuit in iſtis laboribus admirabile artificium. lapidem duriſſimum vincerent, ignis ope eum cal bant. Quo facto, cuniculos in eo quaquauerſum bant. Si aquarum confluxus laborem impediret, diebantur lacus, vnde aqua cochleae Archim beneficio hauriretur. Minerae ſuper lapide mol duriſſimo in puluerem conterebantur in plan clinatis lauandum: aurum vtpote ponderoſiſſ remanebat, ſpongiisque colligebatur. Tum plum natro ac ſale communi in crucibulis probe c purgabatur. E tot fodinis Romanorum hoc in d tu noſtris temporibus notiſſimae ſunt fodina lab thi prope Courmayeur ac fodina S. Marcelli. V que auctor fuſe deſcribit ac tabulis aeneis illuſ — Sequitur deſcriptio fodinae cupri, quae ſupra nis ſita eſt. — Finem facit diſſertationis ſuppl tum theoriae montium ac minerarum alibi iam poſitae. Spectat maxime diſcrimen, quod inter m tes primitiuos ac ſecundarios intercedit. Illi minerarum feraces ſunt, maiori ſunt duritie ac d culter decomponuntur, eorumque adeo decomp tio ſolis debetur partibus heterogeneis admiſtis molliores ſunt ac decompoſitioni magis obnoxii.

p. 275. XIV. *Examen phyſico-chemicum colorum a*
–302. *lium. Auctore Com.* MOROZZO. *Pars I.* Iam tempore ill. auctor demonſtrauit*), colorem in re

*) Videatur eius examen phyſico-chemicum co florum etc. quod in quinto volumine actorum h tatis Taurinenſis proſtat.

egetabili, hucuſque fere tantummodo fortuitum habitum, admodum fixum eſſe et ſtabilem, quandoquidem variae huius regni ſubſtantiae calcinatae ac materiarum vitreſcibilium non colorantium ope vitrificatae vitra ſubſtantiasue vitreas proprio ſuo colore ſemper tinxerunt. Experimenta noſtri numeroſa ac ſumma cum cautione inſtituta hanc nouam veritatem omnia comprobarunt: quodque clariſſimus ACHARD, qui eorum aliquot repetiit *), nonnulla aliter ſe viſſe narrat, id noſter inde cenſet repetendum, quod ille non eadem quantitates alioſque fluxus adhibuit. Haec res auctorem mouit, vt ſimilia experimenta cum ſubſtantiis regni alterius organici inſtitueret, quae etiam eundem ſucceſſum habuerunt. De his item in hac ſcriptione refertur. Et prima quidem eius pars obſeruationes ad hiſtoriam naturalem ſpectantes complectitur atque analogiam exponit, quae coloribus regni animalis cum coloribus regni vegetabilis intercedit. — Primo loco ſubſtantiae animales colorantes enumerantur. Praeter nonnulla teſtacea maxime inſecta hoc nomine commemorari merentur. Nonnullae inſectorum familiae adeo videntur a ſumma creatoris ſapientia inprimis deſtinatae oleis ſuccisque aliquot vegetabilium colorantibus extrahendis eumque hominibus tributi loco communicandis, qui alioquin vel ſumma arte chemica inſtructi illis carerent. In his numerantur coccus cacti, coccus polonicus, coccus ilicis, denique coccus laccam gignens. Suſpicatur noſter, latere adhuc alia inſecta in arte tinctoria pariter vtilia, quae vbi reperta fuerint, regnum animale ſubſtantiis colorantibus ditius, quam nunc eſt, videbitur. — ARISTOTELES, PLINIVS, LINNAEVS, BVFFONVS fereque omnes omnino hiſtoriae naturalis auctores celebriores conſentiunt, colorem in regno animali non eſſe characterem, cuius ope

*) Acta academiae regiae Berolinenſis anni 1778.

genera certo internoſcas, quoniam variis de cauſ
immutari adeoque prorſus peruerti poſſit. Has cau-
ſas noſter recenſet, vt, quid inde recte poſſit deduci,
appareat. Nimirum arbitratur, in vniuerſum colo-
rem in regno animali robur viresque ſignificare. Pro-
fecto ſi quis colorem album animalium, quae nullam
climatis vim experiuntur, conſiderat, intelligat neces-
ſe eſt, animalium degenerationem eo indicari: nam
fere adſunt corporis vitia, atque animalia debilia ſunt,
aegra plantisque marcidis ſimilia. E contrario ani-
malium ferocium auiumque rapacium tinctus ſer
bruni ſunt. Itaque etſi noſter non negat, has regu-
las ſuis non carere exceptionibus, tamen ſuadet, vt
ad animalium colores diligentius, quam hucuſque fa-
ctum eſt, attendatur. Huic conſilio magnum ex ana-
logia, quae inter regni animalis ac vegetabilis colores
intercedit, pondus additur. Conſtat enim, plan-
rum, vti mineralium, colores non vagos incertosque
ſed legibus certis adſtrictos eſſe. Omnino tanta in-
ter regnorum organicorum corpora ſimilitudo repe-
ritur, vt dubitari nequeat, quin maxima analogia re-
gno vegetabili cum animali intercedat. Huius ana-
logiae cauſſa ac ratio eſt, quod animalia, vtpote plan-
tas in cibum vertentia, non poſſunt non aliqua eius
principia ſibi vindicare; id quod etiam per analyſin
chemicam pateſcit. Quid? quod nonnulla vege-
bilia ſubſtantiam animalem iam prorſus formatam
continent, ſique animaliſatio materias gignit, quae
in plantis nunquam repertae fuerunt, id ideo fit, quod
vegetabilium principia modo nobis abſcondito de-
componuntur, admodumque probabile eſt, ipſam no-
ſtram corporum analyſin adhuc imperfectam in cauſa
eſſe, quare via, quam in illis formandis natura ingre-
ditur, etiamnunc lateat. Itaque credibile eſt, ſub-
ſtantiarum vegetabilium aliquam eſſe vim in anima-
lium colores: oues quidem, gallinae, columbae ſi

aliquam

aliquamdiu rubia tinctorum paſcuntur, oſſa earum perfecte rubeſcunt. Adde, quod BÜSCHINGIVS, vir clariſſimus, narrat *), in inſula Noruegiae, *Lille Dimen*, oues albiſſimas breui tempore nigras euadere; quam tamen rem noſter in dubium vocat, cum LINNAEVS in ſuis operibus nullam eius mentionem iniecerit. — Si ad mutationes attendimus, quas aquae in coloribus ſuccorum vegetabilium producunt, haud difficulter nobis perſuadebitur, eandem illis vim in animalium colores eſſe debere. ARISTOTELES quidem, PLINIVS, EVDICVS, THEOPHRASTVS colorum immutationes, quae in bobus ouibusque obſeruarant, a fluuiorum fontiumque aquis repetierunt. — Denique ſi KLEINIO fides habenda eſt, etiam fluidum electricum magnam in animalium colores vim habere videtur: qui cum ſtringillam carduelem ſex menſes fluido electrico perfudiſſet, color natiuus plumarum prorſus mutatus eſt. Nec repugnat experimentum illuſtriſſ. Princ. DEMETRII DE GALLITZIN. Is cum oua arte excludenda curaret, quae aliquamdiu fluidum electricum exceperant, citius excluſa fuere pullosque nigros dederunt, albis pullis e ceteris tardius prodeuntibus. — Quae cum ita ſint, apparet, animalium colores diuerſa ciborum et aquarum indole nonnullisque aliis cauſſis poſſe mutari. Itaque neceſſe eſt principium coloris in animalibus, quemadmodum in plantis, fixum tantumque mutationibus obnoxium ſit. Iam cum noſter reperiſſet, ferrum in plantis, vti fere in regno minerali, colorum cauſſam eſſe, credidit, idem pro vero colorum animalium principio haberi oportere. Quod vt euinceret, varia cepit experimenta, quorum ratio euentusque in altera diſſertationis parte recenſentur.

Pars altera complectitur analyſin ſubſtantiarum animalium colorantium enumeratque experimenta

 cum

*) D. A. FR. BÜSCHING's Erdbeſchreibung, Iſter Theil, pag. 383. edit. nouiſſ.

cum vitris his ſubſtantiis coloratis inſtituta. Adhibuit noſter ad haec tentamina lanam albam nigramque ouillam, pilos albos et nigros equinos, plumas albas nigrasque pulli gallinacei, plumas nigras corui, plumas brunas ſtrigis, teſtas cancrorum, coccum cacti, coccum polonicum, coccum ilicis, gryllos, ſcarabaeos, corallium album, rubrum, nigrum, ſanguinem, lac, bilem, ſuccum nigrum ſepiae. His ſubſtantiis fere omnes colores primarii continentur, ſi ſolos caeruleum viridemque excipias. Hi duo colores, quorum maxime poſterior regno vegetabili proprius videtur, in regno animali raro occurrunt, quandoquidem tantummodo in nonnullis auibus, imprimis in auibus vtriusque Indiae, reperiuntur. Hanc autem viam noſter in iſtis experimentis ingreſſus eſt. 1) Magnum numerum illarum ſubſtantiarum in cineres redegit ac calcinauit. 2) Calces ſic paratas per magnetem examinauit, vt diſceret, num ferrum liberum in iis lateret. 3) Singulas ſoluit ſpiritu ſalis marini, ac ſolutionibus percolatis adfudit alcali phlogiſticatum, vt praecipitati naturam intelligeret. 4) Eaſdem calces copulauit cum ſubſtantiis vitreſcibilibus, hoc eſt, cum ſilicibus, cryſtallis montanis, vitro talco etc. hasque miſturas, ſale tartari ad liquationem innavandam addito, in vitra liquauit, vt varios vitrorum colores cognoſceret. Ferrum fere metallicum magnetis beneficio detectum fuit in ſanguine plumis corui, plumis ſtrigis, cocco, lana nigra, teſtis cancrorum, calce ſcarabaeorum, calce gryllorum. Omnes ſolutiones caeruleum dederunt Berolinenſe, hoc ſolo diſcrimine, quod alia plus huius pigmenti, alia minus exhiberet. Itaque in omnibus calcibus animalibus ferrum continetur, etiamſi non ita comparatum ſit, vt magneti obediat. Vitra, quae calces animales liquatae dederunt, a noſtro in tabula ampla ſiſtuntur. Inde apparet, vitrorum eundem colorem eſſe, qui ſubſtantia

ſtantiarum animalium ad liquationem vſurpatarum eſt. Eadem tabula praeterea declarat, 1) ſubſtantias albas, quales ſunt lana, plumae, corallium atque lac, encauſta dediſſe perfecte alba, 2) eas ſubſtantias, quae ferri ditiſſimae ſunt, vt ſanguinem, teſtas cancrorum, lanam nigram, plumasque nigras, colores exhibuiſſe magis obſcuros. — In omnibus fere calcibus animalibus noſter alcali minerale, ferrum, magneſiam, acidum phoſphoreum calcemque phoſphoratam reperit. — Itaque ſatis ſuperque apparet, colores animales, pariter ac vegetabiles, fixos eſſe, igne non mutari, ferroque in cineribus latenti ſuam debere originem. Ad finem diſſertationis nonnulla dubia removentur, vlteriusque oſtenditur, colores animales ab vno ferro repetendos eſſe.

XV. *Foetus octimeſtris, in quo maxilla inferior immobilis, vuula exerta, lingulata, osque neceſſario apertum cum lingua bifida incluſa inueniebantur, deſcriptus* IOANNE PETRO MARIA DANA. Monſtroſi nihil in toto huius foetus corpore apparebat, ſi os excipias, quod continuo apertum nulla adhibita externa vi claudi poterat; ſed ab hiatu ſuo extra labia protenſam quandam linguae ſimilem productionem emittebat, ita media poſteriore et inferiore ſui parte oſſibus adfixam, vt inde dimoueri plane non poſſet. Tres hydatidicae veſiculae ad laeuam, et quarta ad dexteram lingulatae productionis partem ſitae et a cauo oris prodeuntes reliquam oris hiantis aperturam fere obturare videbantur, vt interna oris cauitas conſpici non poſſet. Praeternaturale oſſeum corpus pone productionem lingulatam ita oblique in ore poſitum erat, vt ab oſſium palatinorum poſteriori et media parte ad interiorem mediamque poſteriorem maxillae inferioris partem infigeretur, et ideo hanc immobilem redderet, osque adeo ipſum perpetuo hians ſeruaret. Quae praeterea ſectio anatomica p. 303. – 308.

docuit, diligenter enarrantur, partesque monſtrolae in tabula aenea ſiſtuntur. Huiusmodi foetus vtpote periti chirurgi manu facile ſanandos inter vitales referre noſter non dubitat.

p. 309. XVI. IOANNIS PETRI MARIAE DANA *deſcriptio* – 316. *foetus abſque pene et vulua vltra biennium viuentis obſcurique ſexus ideo habiti.* Tantummodo in genitalibus partibus et hypogaſtrio corpus erat monſtroſum, reliquo ſecundum naturam apparente altamque ſaturam promittente. Hernioſi quidpiam ad annuli abdominalis ſedem poterat coniectari. Vmbilici apertura in plano inferiori et pubi propiore in hypogaſtrio ſita erat quinque pollices diſtans a cordis ſcrobiculo. Ipſo ſub vmbilico hemiſphaeroidea protuberantia ſupra vniformem abdominis conuexitatem elata pollicaris altitudinis et latitudinis bipollicaris obſeruabatur, ex abdominalibus facta tegumentis, epidermide vndique tecta, ſi eius partem infimam excipias, quae ob excoriationem epidermide denudata apparebat. In parte huius protuberantiae infera et laterali duae paruae ad pollicem inter ſe diſtantes mammillares prominentiae conſpiciebantur, ex vtrisque rotundo tenui foramine in ipſarum apice ſito vrinam continuo ſtillantes, quae ſupra maiorem illam protuberantiam infantis conatibus aut alia ventris valida compreſſione interdum continuo iactu inde proſiliebat. Sub memoratae maioris hemiſphaeroideae protuberantiae margine inferiori conuexo tranſuerſim poſita ampla quaedam conſpiciebatur curua fiſſura, vnum pollicem et lineas tres lata, os veluti quoddam ſemilunatum exhibens, hiatu falcato ſurſum et antrorſum ſpectante. Hiatus huius labium aliud inferne poſitum labio ſuperiori latius erat, et ſemilunato limbo ſeu margine ſurſum verſo falcato donabatur; et fiebat ſemicirculari ampliori prominentia; haec vero, ſi placeat ſic vocare, ſcrotum ſurſum et ad latera veluti

veluti tractum diductumque, oſſi pubis et inguini anterius appoſitum appreſſumque, nec vllo modo ſub ipſo propendens efficiebat. Glanduloſa corpora et probabiliter teſtes in hac prominentia continebantur, perque eius medium ad anum vſque extenſa linea raphe apparebat. In media parte modo memoratae fiſſurae ſeu oris apertura aut potius in hiatu ipſo caeca cauitas aderat, e cuius medio balaniformis, carnoſa, tenera ſubſtantia prominebat, linguae ad inſtar, quae retracta ab hiantibus labiis intercipiatur. Scilicet imperuiae humanae glandis ſuperiorem extremitatem ſubſtantia ipſa referebat haec balaniformis prominentia leuiter depreſſa in medio ſuae latitudinis, ſub qua inſinuabat ſeſe caeco fortaſſe fine deſinens cauitas ſiue productio illius oris interior. Vtrum haec cauitas communicaret minimis et inuiſibilibus oſtiolis cum cauitate veſicae vrinariae vel imi ventris, merito dubitari poterat; licet enim, digitis depreſſo labio ipſius inferiore, per os illud vrina iam repletum cauitas euacuaretur, eademque vrina profluueret ex ipſa ad breue tempus: quoniam tamen ex memoratis duabus mammillaribus ſuperioris labii prominentiis continuo fluxu lotium in ipſius cauitatem deſcendere ſolebat, eamque madidam exulceratamque ſeruabat, quin ex ipſius fundo lotium prodire continuo fluxu obſeruaretur per ſe hiatus cauitatem repleturum abſque ſubſidio lotii, quod a mammillaribus ſubſtantiis ſtillabat, dubium remanſit, vtrum tota caui ipſius vrina inde deſcenderet, an pars ſaltem aliqua lotii ex inuiſibilibus meatibus cum vreteribus vel cum veſica communicantibus ſuppeditaretur; idque eo magis quod caecae huius cauitatis iam exulceratae fundus explorari non poterat prae maximo dolore, quo infans torquebatur, quoties vel diducerentur hiatus labia, vel ſpecillo explorarentur internae partes hiatus. Noſter tamen cum compreſſa hemiſphaeroidea promi-

minentia in ploratibus aut niſibus infantis vrinam viderit vnice ex binis memoratis mammillarium prominentiarum aperturis ſtillantem aut profilientem, has potius tanquam externos vreterum fines conſiderari oportere opinatur. — Infans poſt biennium mortuus citoque, ſic volentibus parentibus, ſepulturae traditus eſt, vt nullum rei dubiae lumen e cadaueris ſectione accendi potuerit. — Ipſae partes infantis praeternaturales in tabula aenea exhibentur *).

p. 317. – 326. XVII. *Diſſertatio ſuper natura terrae fluoris mineralis. Auctore* MONNET. Clariſſimus auctor Scheelianam de fluoris mineralis principiis theoriam, quam alio iam loco **) euertere conatus eſt, hac in diſſertatione denuo oppugnat, etiam ACHARDI et BOVLLANGERII nonnullos errores, qui ipſi videntur, obiter notans. Plura enumerantur experimenta, vnde auctor recte cogere ſibi videtur, terram fluoris mineralis peculiaris eſſe naturae adque calces metallicas accedere. Non videtur ea vidiſſe, quae SCHEELIVS paullo ante obitum hac de re, maxime contra ACHARDVM, euulgauit.

p. 327. – 336. XVIII. *Additamentum ad ſcriptionem praecedentem, complectens epitomen diſſertationum* MONNETI *ſuper eodem argumento inſertarum diario phyſico (Journal de Phyſique) menſ. April. et Maii* 1787. *Auctore Com.* DE SALUCES. Alia experimenta ad eandem MONNETI hypotheſin firmandam recenſentur.

p. 337. – 356. XIX. *Diſſertatio de formatione foſſilium. Auctore* MONNET. Fatetur clariſſimus auctor, ſe de argumento in mineralogia longe difficillimo atque obſcuriſſimo

*) Obiter clariſſ. DANA refert, ſe de hybrida equi et aſini ſpecie, quae Gallis *Gumarre*, Pedemontanis *Gumerro*, Italis *Giumarro* audit, certi nihil expiſcari potuiſſe. Cf. Comment. noſtr. Vol. XXVII. P. IV. p. 696.

**) Journal de Phyſique 1777. Tom. X.

mo agere inſtituiſſe. Quidquid enim natura in regno minerali molitur, fere nobis inſciis agitur. Itaque noſter nihil proferre audet niſi nonnullas obſervationes mineralogicas, quas ipſum triginta annorum experientia docuit. Et primo quidem antiquam illam chemicorum hypotheſin, terras partesque metallicas ex alio naturae regno in aliud tranſire deque vno corpore, quod pereat, in aliud, quod recens formetur, transferri, etſi BECCHERI, STAHLII, BOERHAAVII auctoritate ſuffultam, cum experientia ei repugnet, explodit. Probabilior eſt mineralogorum ſententia, aquam et aërem primaria eſſe naturae inſtrumenta in formandis foſſilibus, naturam noſtris diebus neutiquam eſſe inertem, ſed quotidie eadem foſſilia, quae olim generare, ſique nonnulla non amplius procreet, conditiones ad id neceſſarias deficere. Sunt, qui aëri et aquae ignem iungant, et arbitrentur, ex vnione horum principiorum ac fermentatione cum illa coniuncta omnia regni mineralis corpora oriri. Ridet noſter LEHMANNI opinionem, naturam aquae beneficio particulas metallicas in regno minerali praeexiſtentes colligere inque venis montium coaceruare, omninoque abſurdum ei videtur arbitrari, omnes ſubſtantias minerales nihil aliud eſſe quam ſedimenta partesque globi noſtri iam formatas atque aliorſum tranſportatas. E contrario ſibi perſuaſit, mineralia in illis ipſis locis, vbi nunc reperiuntur, nata eſſe, nihilque aliunde ad illa generanda acceſſiſſe, quam regulam nullis exceptionibus cenſet obnoxiam, modo ne corporum ſecundariorum formationem ei adſtringas. Tamen credit, vel ipſa corpora ſecundaria in formam, quam nunc habent, non potuiſſe, ſponte ſua coaleſcere, ſed alius inſtrumenti auxilio ad id opus fuiſſe. — Vt ortum primarum regni mineralis materiarum intelligamus, res altius repetenda eſt. Scilicet corpora organica dum in aqua decom-

decomponuntur, prima elementa materiae solidae fossilium exhibent. Sic testaceorum fragmenta bo- sin lapidibus calcareis dedere: parique modo terra argillosa, vegetationis soboles, tot lapidibus, quorum primarium est principium, formandis inseruiit. Sed aqua cum postmodum his partibus sese assimilaret, iis tum formam tum ceteras proprietates, quibus nunc gaudent, ac reliqua principia, quae in iis reperiuntur, dedit. Ipse granites, globi nostri lapis maxime extensus atque solidus, qui probabiliter eius nucleum constituit, ex assimilatione partium integrarum antea formatarum vel ex coniunctione partium corporum organicorum destructorum oriundus est. Aqua his partibus interposita in corpus solidum coaluit hasque adeo partes diuersae naturae copulauit. Interualla clara puraque in quarzum abierunt sunt- que in granite idem, quod in marmore partes spatosae, testaceorum reliquiis interiectae. Itaque hac- nus clar. PAVLLI DE LAMANON systema non omni caret fundamento. Nam etsi partium calcarearum testaceorum, a quarum assimilatione ille granitem repetit, nulla in eo vestigia occurrunt, adeoque verisimile est, ante formationem nuclei globi nulla animalia marina fuisse: tamen reliquiae plantarum in granite possunt monstrari; terrae enim argillosae, magnesiae terraeque martialis origo est vegetabilis habenda. — Quid, si eadem res in venis minerarum feracibus locum habeat? Noster suis innitens observationibus demonstrare conatur, aquam non modo omnes venarum partes minerales coniungere iisque formam crystallinam ac soliditatem dare, sed etiam primarium esse instrumentum formationis harum ipsarum partium, e quibus minerarum massae compositae sunt. Et primum quidem de stalactitarum calcareorum generatione disserit. Reprehendit vulgarem chemicorum ac mineralogorum sententiam ter-

ram

ram calcaream in ſtalactitarum geneſi ex aqua aëris contactu praecipitari, creditque, ipſam aquam cum partibus calcareis, quae forte fortuna inſint (nec enim eas ſemper, imo raro adeſſe), cryſtalliſando indurari inque lapidem abire. Vnde cogit, materias eſſe calcareas, quarum origo a teſtaceis repeti non poſſit; vt mirum non ſit in montibus altiſſimis fodinisque maxime profundis, in quibus nulla vnquam teſtacea fuere, ſubſtantias calcareas reperiri. Iam ſi analogiae fides habenda eſt, caeterarum omnium materierum mineralium origo eidem cauſſae debetur. Quidquid in venis ceterisque locis minerarum feracibus conſpicitur, ſaltim maxima ex parte aquae ſoboles eſt. Haec minerarum geneſis quiete, iuſto caloris frigoris gradu corporumque peregrinorum abſentia mire iuuatur; vt mirari nihil attineat, quare non omnibus in locis minerae gignantur. Haec omnia noſter argumentis ex ſua ipſius experientia petitis euincere ſtudet.

XX. *Diſſertatio de mineris plumbi antimoniatis earumque fuſione magnarum quantitatum ſiue methodo metallum inde extricandi promtiſſime ſine detrimento minimisque impenſis. Auctore* MONNET. In libris chemicis ac metallurgicis ad plumbum, ferrum cuprumque e mineris ſulphuratis extricanda fere ſubſtantiae alcalinae, vt terrae calcareae commendantur. Cuius proceſſus haec redditur ratio, quod ſulphur ab iſtis ſubſtantiis abſorbeatur. Contendit clariſſ. auctor, hanc rationem experientiae prorſus repugnare, vultque, illas ſubſtantias tantummodo vicibus fluxuum fungi, quibus fiat, vt metallum e ſuis mineris facili negotio ſecedere poſſit. — De mineris plumbi antimoniatis earumque fuſione accurate agitur. p. 357. – 370.

XXI. *Diſſertatio de noua ſubſtantia minerali in fodinis Braunsdorfenſibus prope Fribergam Hermundurorum anno* 1770. *reperta. Auctore* MONNET. Credit clariſſ. p. 371. – 384.

clariſſ. MONNET, huius ſubſtantiae nullibi mentionem eſſe factam. Incidit in eam, cum anno 1770 WERNERO, mineralogo Fribergenſi clariſſimo, comitem dinas Braunsdorfenſes inuiſeret. Pſeudogalena ers (*faule Blende*) dicebatur, etſi a veri nominis pſeudogalena plurimum diſcrepat, cum longe eſſet friabilior leuiorque. Textura eſt vitrea, neque tamen forma cryſtallina. Primum noſter hanc ſubſtantiam pro quadam bituminis ſpecie habuit, vtpote quae colophoniae aut reſinae ſimilior quam minerae zinci videretur. Sed alia omnia vidit, cum prunis eam iecciſſet. Etenim tantum abfuit, vt flammam conciperet aut funderetur, vt e contrario perquam refractaria prorſusque fixa. In puluerem redacta colore eſt flauo claro, qui colori colophoniae aut gummi gottae admodum ſimilis eſt. Puluerata in carbonibus ardentibus nihil ſulphurei emittit, ſed exiguum exhalat vaporem prorſus ſingularem ſtatimque evaneſcentem, quem auctor aëri huius ſubſtantiae fixo aut vitali aliquas eius partes ſecum abripienti adſcribit. Varia cum ea tentamina clariſſ. MONNET vtam ſicca quam humida inſtituit, quae in hac diſſertatione recenſentur. Peculiaris eſt eius natura, nihilque nec zinci nec alius metalli continet. Omnino nullam noſter nouit ſubſtantiam mineralem, quacum hac prorſus conueniat. Donec pluribus experimentis (nam noſtro exiguae modo quantitatis copia fuit) indoles eius clarius pateſcat, auctor ſuadet, vt diſcriminis ergo pſeudogalena *leuis* nominetur.

p. 385. – 396. XXII. *Obſeruationes ſuper nonnullis combinationibus acidi muriatici dephlogiſticati* (*acide muriatique oxygené*). *Auctore* BERTHOLLET. Agitur de acidi muriatici dephlogiſticati combinationibus cum alcali fixo vegetabili cauſtico, alcali fixo vegetabili aërato, alcali minerali cauſtico, alcali minerali aërato, terra calcarea vſta. Forma indolesque horum ſalium diligen-

ter deſcribuntur, ac phaenomenorum ratio ſecundum nouam a LAVOISERIO conditam inque Gallia receptam theoriam redditur.

XXIII. *Experimenta chemica cum bile bouilla inſtituta. Auctore* FONTANA. Cum aliquando clariſſ. FONTANA bilis extractum calcinaret, inter calcinandum multum aëris inflammabilis vna cum parte oleoſa extricatum fuit. Breui poſtquam hoc oleum prorſus abiiſſet, flamma phoſphorea apparuit, quae materiae ſuperficiem lamberet odoremque allii ſpargeret. His phaenomenis motus cum bile tentamina capienda cenſuit, quorum recenſus in hac ſcriptione datur. Ac primo quidem clariſſimi CADET, qui de bile animalium diſſertationem bonae frugis actis academiae ſcientiarum Pariſinae pro anno 1767 inſertam euulgauit, experimenta repetiit. Haec noua tentamina a noſtro excogitata exceperunt. Reperit auctor in vna bilis libra p. 397. – 408.

	Vnc.	Drach.	Gran.
Phlegmatis —	10	7	0
Alcali volatilis —	0	1	0
Materiae oleoſae reſino - animalis — —	0		63
Salis marini —	0	0	6
Alcali mineralis aërati —	0	0	43
Terrae calcareae ac magneſiae phlogiſticatarum ferrumque tenentium — —	0	0	19
Magneſiae phoſphoratae	0	0	4

Praeterea ineſt aër purus cum magna copia aëris inflammabilis. Contendit auctor, in bile longe plus acidi phoſphorei habitare; perſuaſum enim ſibi habet, inter combuſtionem materiae oleoſae reſino - animalis a ſe inſtitutam magnam partem magneſiae phoſphoratae phlogiſti, ope decompoſitam fuiſſe. Ex omnibus experimentis apparet, bilem eſſe genuinum ſaponem

ſaponem animalem e duabus olei ſpeciebus compoſitum. Altera ſubtilior cauſa eſt odoris bilis natiui et ex parte etiam ſaporis eius amari. Haec cum alio quodam bilis principio coniuncta aquae bilis deſtillatae vim impertit putreſcendi odoremque, qualis fere moſchi eſt. Altera intime coniuncta eſt cum principio aquoſo ſubſtantiisque ſalinis ac ſalino-terreſtribus, tumque demum ardet, vbi prior ſpecies et aqua penitus conſumtae ſunt. Arbitratur noſter calculorum biliariorum geneſin luminis aliquid ex magneſia phoſphoratae in bile praeſentia capturam eſſe: etenim in ea eſt ſententia, vt acidum phoſphoreum pro principio ſalino calculorum cryſtalliſatorum habeat. Suſpicatur, aërem vitalem, qui vna cum aëre inflammabili in bile continetur, cauſam eſſe animaliſationis ſubſtantiarum, quibus animalia veſcuntur, adeoque aſſimilationum atque concretionum, quae in animalibus contingunt.

p. 409. –448. XXIV. *Theoria noui calculi finitorum atque infinitorum. Auctore Equ.* LORGNA.

p. 449. –464. XXV. *Experimenta cum phialis Bononienſibus facta. Auctore Com.* MOROZZO. Phialae Bononienſis fractura phaenomenis adnumeranda eſt maxime mirabilibus explicatuque difficillimis. Primum parum intelligas, qui fiat, vt haec phiala, quam conſtat ex vitrum derepente nec pedetentim refrigeratum, cum extrinſecus vehementiſſimam ferat percuſſionem, neque immiſſo globo plumbeo tantillum laedatur, tamen minimis fragmentis ſabuli ingeſtis diſſiliat. Mirum non eſt, huius tam mirae rei cauſam ac rationem a phyſicis anxie quaeſitam fuiſſe. Hoc conſilio plurima experimenta capta ſunt, quae phyſicam experimentalem admodum auxerunt variasque de hoc phaenomeno hypotheſes generarunt. Hac in diſſertatione ill. auctor tentamina numeroſe eodem inſtituta conſilio maximaque ex parte noua recenſet.

Enume-

Enumerat corpora, quae phialae frangendae vim habent, tum ea, quae nihil in illam valent, indicatque, quid inde vtilitatis poſſit deriuari. — Phialarum Bononienſium inuentor eſt habendus PAVLVS BAPTISTA BALBE, qui hoc experimentum prima vice anno 1737 in Inſtituto Bononienſi cepit *). Poſt illum THOMAS LAGHI ei rei operam diligenter nauauit. Secuti ſunt inter Italos GREGORIVS CASALI, SCARELLA atque CARAMELLI. In Gallia vnus videtur MOLLETVS ad huius phaenomeni explicationem animum appuliſſe. — Phialae a noſtro adhibitae vnam circiter vnciam cum dimidia pendebant poterantque duas aquae deſtillatae vncias tenere. Fractura earum admodum ſingularis erat: nam fundus craſſus transverſim ſeparabatur ſemperque repraeſentabat figuram ellipticam fiſſuris diſtinctam, quae in antro ellipſoidis deſinerent. Haec res iamiam ab academicis Bononienſibus obſeruata eſt: noſter tamen praeterea vidit, fracturam longe aliam euadere, ſi in phiala ſulphur accenderetur aut nitrum prunae ope detonaret; ſic enim fundus horizontaliter ſecedebat figuramque praeſentabat circularem. Pauca fere grana ſufficiunt ad phialas frangendas: ſunt adeo corpora, quorum vel vnicum granum ſufficiat: alia e contrario hac vi penitus carent. — Sequitur catalogus ſatis amplus eorum corporum, quae phialis frangendis ſunt, tum eorum, quibus nihil in eas virium ſuppetit. Inde apparet: 1) lapides pretioſos, quarzo, ſilices, hoc eſt, in vniuerſum lapides ſilices durosque, qui ad chalybem alliſi ſcintillas ſpargunt neque acidis ſoluuntur, ſumma gaudere phialarum frangendarum virtute, neque ea calcinando priuari, tametſi calcinatorum paullo maiora fruſta ſumenda ſunt; 2) lapides calcareos, talcoſos, feleneticos, id eſt, omnes lapides, quos teneros

*) Commentt. Bononn. Tom. II. pag. 321. ſſ.

teneros haud male dixeris, hanc proprietatem non habere; 3) ſubſtantias animales duras, quales ſunt teſtaceorum cruſtae, corallia, ebur oſſaque, pariter ea carere; 4) mineras eam poſſidere, ſi in lapide quarzoſo vel ſiliceo nidulentur; 5) metalla, ſi ferrum excipias, ea deſtituta eſſe; 6) ſubſtantias vitreſcibiles forti igne in vitrum liquatas eam ſeruare; 7) phialas citiſſime frangi, ſi corpora, quibus franguntur, ad chilybem ſcintillent; 8) ſubſtantias apyras, ſi ſolas vel acerrimo igni expoſueris, hanc proprietatem non adipiſci; 9) denique ſales, ſi excipias ſalem marinum ſalemque gemmae, phialas non magis frangere poſſe. — Qui huius phaenomeni explicationem tentare volet, ante omnia ad haec attendat neceſſe eſt. Primum phiala frangi poteſt, etiamſi ab aëre nec intus nec extra contingatur, id quod THOMAS LAGHI demonſtrauit. Tum phaenomenon pariter locum habet, ſi phialam aquae, oleo hydrargyroue immerſeris, vt noſter ipſe expertus eſt. Deinde phialae aqua deſtillata aut vini ſpiritu repletae pariter fracturam patiuntur, hoc vno diſcrimine intercedente, quod tum lapidis fragmenta paulo ponderoſiora ſumenda ſunt. Denique ſilicis fragmenta phialam etiam aqua deſtillata repletam et aquae immerſam frangunt, ita tamen, vt vitrum non cum fragore diſſiliat, qui auditur, ſi in aëre eam atmoſphaerico frangas; id quo nemo mirabitur, quandoquidem aqua extrinſecus maiore vi phialam comprimit. Certum itaque videtur, aërem externum, quem in fiſſuras vitri ſeſe inſinuare nonnulli crediderunt, phaenomeni cauſam non eſſe, quia fractura pariter contingit, ſi phialae aëre vacuae aut aqua repletae ſunt; quodque tardius franguntur oleo plenae, id ideo fit, quod huius liquoris cohaeſio ſilicis fragmenta admodum lente in fundum decidere patitur. Num igitur hocce phaenomenon attractioni aut electricitati tribuendum eſt? Noſtri experimenta hoc

conſilio capta dederunt, neque electricitatem neque attractionem cauſſam fracturae phialarum haberi poſſe. Nec melius noſtro labor ſucceſſit, cum tentaret, num forte cauſſa fracturae in motu aut calore materierum efferueſcentium ſita eſſet. Itaque iam reliquum erat, vt examinaret, an fractura percuſſioni aut exiguae fiſſurae, quam certa corpora in phialae fundo producunt, deberetur. Tentamina auctoris huius rei expiſcandae gratia inſtituta oſtendunt, priorem cauſam fracturae phialarum non a percuſſione, ſed ab iſtis fiſſuris repetendam eſſe. Cetera e vitri phialarum indole facile ſequuntur.

XXVI. *Examen nonnullarum ſpecierum lignorum pineorum, terebinthinae, olei ſiue lacrymae abietis, picis nigrae ſiue naualis, reſinae pinus. Auctore* SCOPOLI. p. 465. – 477.

Ligna a clariſſimo SCOPOLIO examinata fuerunt Pinus *Mugo*, Pinus *Larix*, Pinus *ſylueſtris*, Pinus *Cimbra*, Pinus *Abies*. Deſtillationis atque combuſtionis producta accurate recenſentur. — *Terebinthinae* vna vncia quatuorque denarii cum tribus aquae vnciis deſtillationi expoſiti dederunt quinque denarios olei albi, leuis, fluidi, odoris ſingularis fortisque. Aqua deſtillata oleum continens ſaporem habebat amarum atque ſubacidum, cum ſalibus alcalinis nonnihil efferueſcebat, tincturam heliotropii rubrabat, neque vero aquam calcis, ſolutiones nitroſas argenti et hydrargyri ſolutionesque vitriolatas ferri cuprique turbabat. In vaſe retorto remanſit aquae nonnihil, quod aqua deſtillata paullo magis acidum eſſet, ac terebinthinae portio magis colorata ac denſior. Nulla aqua addita, ex drachmae terebinthinae deſtillando dederunt vnadetriginta grana phlegmatis multum acidi, vnam drachmam et vndeſexaginta grana olei albi et leuis, duas drachmas ac tria grana olei fluidi paullulumque ſpiſſi, octo denarios et vnum et viginti grana alius olei ſubrubri ac ſpiſſioris, nouem grana cum dimidio

reſidui nigri, lucidi, ſpongioſi, quod forti igne cal-
natum dimidium granum exhibuit ſubſtantiae obſ-
re rubrae inſipidaeque. Oleum aethereum tereb-
thinae acido vitriolico caute admiſtum temporis pro-
greſſu in reſinam conuertitur, adeoque maſſam ſe-
mat in aqua inſolubilem; haec ipſa tamen miſt-
aquam lacteam reddit, ſi eo momento, quo facta e-
ei admiſcetur. Cum noſter terebinthinam calcem q-
viuam in aqua coqueret, percolatione nactus eſt
quorem coloris ſtraminei, odoris terebinthinae ſa-
risque iniucundi, ſubamari. Additis huic liquori
do vitriolico, acido ſaccharino et alcali vegeta-
ſemper praecipitatum album decidit. Phlegma
ſtillatione terebinthinae paratum noſtro viſum eſt
dum naturae ſingularis. Cum clariſſimus auctor
rebinthinam cum vna vncia ſpiritus vini admod-
rectificati digeſtioni frigidae expoſuiſſet, duo eius
narii ſoluti ſunt. Modico calore aequalis doſis
ius ſpiritus nouem terebinthinae drachmas ſuſcep-
ſpiritu vero refrigerato, in ſolutionis ſuperficie ap-
ruit liquor coloris limoniorum aliquot lineas cra-
Cum alcali vegetabili cauſtico, igne iuuante, tereb-
thina facile in ſaponem pulcherrimum abiit. Sub-
catur auctor, hanc methodum praeparationi ſapo-
Starkeiani, quae multis tantum negotii faceſſit, ſubſ-
tui poſſe. Is ſapo cum aqua ſolutus eſſet, acet-
coagulum album inde ſeparauit; plusque etiam
paratum eſt, cum acidum vitriolicum adfuſum e-
Hoc coagulum nihil erat aliud quam terebinth-
magis alba. Acidum nitri fumans terebinthinae
quefactae adfuſum protinus efferueſcentiam ſpuma-
que flauam excitauit, magnam copiam vaporum r-
brorum rufitantium emiſit, maſſamque formauit ſo-
dam, ſpongioſam, leuem, ſplendidam, coloris
pulchri figuraeque elegantis. Idem accidit, ſed t-
dius, cum terebinthina in frigore pari modo tra-

retur. Liquor ex acidis vitriolico ac nitroſo compoſitus reſinae calefactae infuſus eam tam cito in ſpumam cum vaporibus coniunctam rubris admodum rutilantibus conuertit, vt ſtrepitus exploſioni ſimilis audiretur: tum ſubſtantia apparuit ſolida, nigra, ſpongioſa ac ſplendida, odorem ſpirans, qualis moſchi eſt. Hic odor toties ortus eſt, quoties acidum nitroſum tum ſolum tum vitriolico iunctum terebinthinae, reſinae pinus picique nigrae admiſceretur. Sed in hoc experimento diutius durat. — *Oleum pinus abietis* ſubſtantia reſinoſa eſt, minus colorata magisque liquida, quam terebinthina laricis, odoris iucundi, qualis fere malorum aurantiorum eſt, ſaporiſque amari ac pungentis. Haec reſina cum aqua ac ſine aqua deſtillata eadem, quae terebinthina, producta exhibuit: id modo diſcriminis obſeruatum fuit, quod olea omnia plus minusue odorem malorum aurantiorum exhalarent, maiorique copia ex hac reſina, quam ex terebinthina, elicerentur. Ceterum duae hae ſubſtantiae etiam proportione principiorum inter ſeſe conuenerunt. — *Reſinae pinus* tres vnciae cum octodecim aquae vnciis deſtillatae dederunt circiter decem vncias aquae omni oleo carentis, poſtque ſex vncias aquae, in cuius ſuperficie dimidia drachma olei leuis, fluidi, oleum oliuarum colore referentis nataret. Reſina itaque decompoſitionem paſſa erat; alioquin oleum citius comparuiſſet. Aquae et olei idem erat, qui reſinae, odor. Aqua ſapore erat acido ac ſubamaro, ita vt cum ſalibus alcalinis efferueſceret. Nec calcis aquam, neque ſolutiones argenti hydrargyrique nitroſas, neque vitriolatas ferri ac cupri immutavit. Pauxillum aquae, quod in retorta remanſerat, in ſuperficie tenebat aliquot guttas huius olei deſtillati, nec vlla re ab aqua deſtillata diſcrepabat, niſi quod paullo maiore acore eſſet nonnihilque aurei coloris contraxiſſet. Reſina in retorta relicta magis erat

dura ac colorata, quam ante deſtillationem fuerat. Tres vnciae huius reſinae deſtillando exhibuerunt octo denarios cum dimidio olei, quod denſitate et tinctu oleo cedri, odore oleo terebinthinae ſimile eſſet; vnum denarium ſexque grana phlegmatis limpidi et acidi, cuius cum ſalibus alcalinis efferueſcentia vix ſentiretur; duas vncias et ſeptem denarios olei flaui, paullum condenſati; duos denarios et duodeuiginti grana alius olei ſpiſſioris et nigri; denique vnum denarium carbonis nigri, lucidi inſipidique. Is carbo ochram martialem ſabulumque tenuit. Drachma reſinae pulueratae cum vini ſpiritus rectificati vna vncia perfuſa digereretur, ſpiritus tinctum traxit ſuccineum, ſed reſinae modo paullulum ſolutum eſt. Caloris modici beneficio vna vncia ſpiritus tredecim drachmas reſinae ſuſcepit, ſed refrigeratione reſina iterum ſeparata eſt. Alcali cauſticum in frigore colorem contraxit vini Cyprii reſinamque libram ſoluit; igne genuinus ſapo coaluit, cuius ſolutio aquoſa colore eſſet cinereo acidoque vitriolico admixto coagulum albiſſimum demitteret. Acidum vitriolicum citiſſime modico iuuante calore reſinam pulueratam ſuſcepit. Inter ſolutionem odor ſulphureus ſpargebatur; ſolutio habebat colorem rubrum ſatis obſcurum ac conſiſtentiam ſyrupi ſpiſſi, ac paullatim pellicula colorata tegebatur. Acidum nitroſum ſpumam excitauit vaporeſque rutilantes; remanſitque materia ſimilis illi, quae ex terebinthina pari artificio obtinetur, ſed minus flaua. Si reſinam calefeceris, vapores exſiſtunt fortiores magisque rutilantes, maſſaque remanet magis ſpongioſa. Acidum vitriolicum nitroſo admixtum protinus ſpumam generauit, multosque vapores coloris obſcure rubri. — Cum clariſſ. SCOPOLI *picem nigram* cum aqua eadem doſi eademque ratione, qua reſinam pinus, deſtillaret, obtinuit decem vncias et dimidiam liquoris aquoſi poſtremo

que

que liquorem cum paucis guttis olei ſimilis oleo malorum aurantiorum veterum. Retorta adhuc tenebat quatuor vncias cum dimidia liquidi coloris terrei ſaporisque amari atque acidi praetereaque duas vncias cum duabus drachmis picis nigrae non mutatae. Tres vnciae picis ſine aqua deſtillatae dederunt vnum denarium olei ſpiſſi obſcure flaui et empyreumatici; vnum denarium cum dimidio phlegmatis limpidi et acidi; vnam vnciam et vndeuiginti denarios olei ſubnigri, quod odore haud parum terebinthinam referret; quinque denarios cum dimidio alius olei magis nigri ac ſpiſſioris; decem denarios quatuorque grana reſidui ſplendidi mollisque. Hoc reſiduum calcinatum elixando exhibuit paululum ſalis alcalini deliquescentis ac muriae. Praeterea tenuit terram calcaream, magneſiam ferrumque. Drachma picis vna vncia ſpiritus vini multum rectificati perfuſa poſt quadraginta horarum digeſtionem ſpiritum infecit tinctu vini Cyprii. Etſi ſpiritus per plures horas igni exponeretur, tamen modo vnum denarium ac viginti grana huius picis ſuſcepit. Aqua adfuſa ſpiritus colorem contraxit lacteum flauum. Alcali cauſticum cum pice commixtum colore tinctum eſt ſaturato, qualis eſt aquae panem macerantis; calori expoſitum in ſubſtantiam nigram ſaponaceam abiit, cuius aquoſa ſolutio per acidum vitriolicum turbaretur floccosque demitteret primo albos, poſt obſcuri terreique coloris. Acidum vitriolicum picem cum calore diſſoluit: ſolutio nigra eſt, paucisque horis interiectis ſecedit ſubſtantia nigra, ſpiſſa tenaxque inſtar picis. Acidum nitroſum fumans primum cum exiguo calore admodumque lente picem adoritur, ſed aliquot horis poſt ſpumam ciet cum vaporibus nitroſis coniunctam, quae poſtmodum fit dura, ſplendida, non fragilis, leuis colorisque iſabellini diluti. Idem acidum pici calidae adfuſum pariter euoluit ſine mora

ſpumam cum vaporibus plurimis, haecque ſpuma poſtremo etiam fit maſſa dura, lucida, tactu mollis colorisque iſabellini ſaturati. Idem fit, ſi acidum vitriolicum cum nitroſo coniunctum adhibeas: modo ſpumae color in nigrum vergit.

p. 478. XXVII. *Nuntius violentae detonationis, quae Au-*
- 488. *guſtae Taurinorum die* 14 *Decembris* 1785 *in horreo farinae pleno accidit, vna cum cogitatis ſuper inflammationibus ſpontaneis. Auctore Com.* MOROZZO. Die 14 Decembr. 1785. Auguſtae Taurinorum in piſtorum officina ingens exploſio facta eſt cum flamma admodum viua coniuncta, quae tantummodo aliquot momenta ſecunda duraret. Statim apparuit, inflammationem ortam eſſe in horreo farinae, vbi puer ad candelae lucem farinam verſabat. Ill. auctori ſuſpicio naſcebatur, farinam humidam coaceruatam fuiſſe. Sed examine inſtituto eam admodum ſiccam nihilque fermentationis aut caloris ſenſibilis reperit. Hac igitur ratione phaenomenon explicari poſſe cenſet. Cum farina agitaretur, aër inflammabilis in eius interſtitiis inclusus magna copia euolutus eſt, candelam ardentem contingens flammam concepit protinusque ſufficienti admixtus aëris atmoſphaerici quantitati exploſionem genuit. Si quis obiiciat, farinae vtpote ſiccae fereque nihil calentis nullam fuiſſe fermentationem adeoque nihil aëris inflammabilis extricatum eſſe, noſter reſpondet: 1) farinam nunquam omni carere humiditate, id quod ex deſtillatione eius apparet, 2) etſi calor ad aërem inflammabilem fermentando extricandum non ſuffecerit, huius tamen aëris modo quodam quaſi mechanico ſatis euolutum fuiſſe ad flammam ignis contactu concipiendam ſimulque omnem aërem inflammabilem vinculis ſuis liberandum, qui aërem atmoſphaericum contingeret, 3) farina etiam aërem inflammabilem alcalinum elici, qui partibus glutinoſis vegeto-animalibus frumenti debeatur,

beatur, huiusque aëris inflammabilis ſummam eſſe efficacitatem. — Sequitur catalogus inflammationum ſpontanearum hucuſque obſeruatarum.

XXVIII. *Diſſertatio de diuerſis methodis tractandi illam matheſeos partem, quam alii calculum differentialem, alii methodum fluxionum appellant. Auctore Abb.* DE CALUSO. p. 489. – 590.

XXIX. *Diſſertatio de mediis oluarum meſſem augendi per deſtructionem inſecti, quod chiron ſeu cairon dicitur. Auctore* PENCHIENATI. p. 591. – 608

Variae ſunt ſpecies inſectorum oleis infeſtorum. Alia modo arborem laedunt, intactas relinquentia oliuas; alia ipſas oliuas aggrediuntur, nullo arbori damno illato; alia vtrisque noxam inferunt. Inter ea, quae ſoli arbori nocent, ſcarabaei numerantur illaque exigua inſecta, quae apud vulgus pediculi audiunt. Scarabaei haerent in ramis, alburnum deuorant auide, ramosque debiles ac ſiccos faciunt. Pediculi a noſtro obſeruati virides ſunt, nec minus foecundi pediculis ficus, ſed alius ſpeciei; naſcentes partem inferiorem foliorum gemmarumque nouarum occupant; quatuor aut quinque menſibus poſt relinquunt teneros ramuſculos ac folia ad ramos ſeſe conuertentes, arboremque adeo infeſtant, vt modo paucas oliuas admodum exiguas producat. Larua ſubcutanea (*la chenille mineuſe*) ex illorum inſectorum numero eſt, quae tum arbore tum eius fructibus veſcuntur: quod ſi contingit, vt hieme naſcatur, cibos tantummodo in parte folii interiore quaerit; ſin tempore verno adhuc viget, immenſum adfert detrimentum; tunc enim folia linquit fereque gemmas teneras corrodit ad florum productionem paratas, ac ſubſtantia veſcitur mellea, quae in illis continetur. Tinea, quae e pupa prodiit, oua tam in oliuis quam in foliis deponit, adque finem menſis Iunii aut ineunte Iulio haec oua gignunt totidem laruas penetrantes ac ſeſe inſinuantes in nu-

cleos oliuarum, quos ſumma auiditate deuorant. Pedunculus oliuae ita laeſae menſe Auguſto ſiccatur, parsque illi propinqua, vbi inſectum in nucleum pervaſit, nigreſcit, tanquam ſi oliua ſummum fere maturitatis gradum attigiſſet. Tum minimo vento ante tempus defringitur. Denique inſectum, quod in comitatu Nicaeenſi inque Prouincia *cairon* dicitur, oleae parcens ſubſtantiam oliuarum comedit. Hoc animalculum omnium maxime metuendum eſt: id quod noſtrum mouit, vt mediis eius deſtruendi excogitandis operam diligentiſſime nauaret. Vermi ſimile eſt pedibus deſtituto, ſic vt tantummodo in plano horizontali progredi poſſit, alioquin in motu ſuo corruit. Nouem decemue annulos habet. Caput inſtructum eſt duobus vncinis coloris ſubnigri, ſed nulli oculi apparent. Corpus in capitis vicinia gracilius eſt formamque adeo conicam affectat. Vbi maxime excreuit exporrectum circiter tres lineas longum eſt, ſed ad duas vſque lineas ſeſe poteſt contrahere. In teneram chryſalidem mutatur initio albam, ſed quae poſtmodum intra commiſſuras annulorum, qui etiam numero decem ſunt, obſcuratur, moxque in muſcam abit. Muſca femina aculeo conico in fine ventris ſui oliuas menſe Iulio vulnerat vulnerique vnum duoue ova inſinuat: pars vulnerata citius reliquis nigreſcit. Oliuae corruptae non oleum, ſed aquam exhibent. Experientia docuit, huius inſecti propagationem frigore vehementer impediri. Ad oliuas ab hac noxa defendendas nonnulli arboris truncum tenaci quadam materia inducendum cenſuerunt, arbitrantes, hoc inſectum per truncum ramosque aſcendere ſoque demum oliuas aggredi. Sed falli eos experientia docet. Nec magis proſunt fumigationes et ſtercorationes. Ramorum exſectio ſingulis annis facienda, quam alii commendarunt, cum non directa via his inſectis exſtirpandis inſeruiat, tum omnino ſi tamero

mere fiat, damnoſa euadit. De hac exſectione auctor accurate diſputat. Iam docet, quibus modis inſecta tam noxia penitus deſtrui queant. Ante omnia ſuadet, vt oliuae citius, quam fieri ſolet, colligantur. Sic inſecta impediuntur, quominus omnem oliuarum carnem deuorent. Praeterea hac ratione numerus eorum vehementer imminuitur, vt ſpes ſit, tandem totam ſpeciem perituram eſſe.

XXX. *Obſeruationes anatomicae de veſiculis ſeminalibus ad earum vſum confirmandum accommodatae. Auctore* BRUGNONE. Doctiſſimus auctor anatomicorum ac phyſiologorum de veſiculis ſeminalibus earumque vſu obſeruationes accurate recenſet, examinat, quidque ſua ipſum tentamina tum in humano corpore tum in beſtiis capta docuerint, diligenter indicat. Clariſſimi IOANNIS HVNTERI de harum veſicularum vſu hypotheſis iam dudum a WHARTONO ac SWAMMERDAMIO propoſita argumentis plurimis confutatur. p. 609. – 644.

XXXI. *Analyſis chemica plerorumque ſalium marinorum in terris regis Sardiniae ditioni ſubiectis vendibilium. Auctore Doct.* BONVOISIN. Inquinatos reperit hos ſales plus minusue ochra martiali, terraque calcarea et ſilicea. Praeterea in iis reagentium ope offendit ſeleniten, terram calcaream atque magneſiam. — Confutantur varii errores medici et oeconomici circa ſalem marinum deque eius vſu oeconomico diſputatur. p. 645. – 657.

Correſpondentium diſſertationes hoc in tomo duae numero continentur.

I. *Experimenta phyſico-chemica ad propagationem ſoni in nonnullis fluidis aëriformibus ſpectantia. Auctore* PEROLLE, *medicinae doctore Montispeſſulano.* Primum deſcribitur apparatus, quo auctor in tentaminibus inſtituendis vſus eſt. Eſt is apparatus pneumatico-chemicus vulgaris nonnihil immutatus. Ex noſtri experimentis et obſeruationibus ſequitur: p. 1-10.

1) omnia

1) omnia fluida aëriformia a noſtro adhibita (aërem fixum e creta per acidum nitroſum dilutum euolutum, aërem vitalem e rubro mercurii praecipitato elicitum, aërem nitroſum ſtanni in acido nitroſo ſolutione productum, aërem inflammabilem ex actione acidi vitriolici in limaturam martis natum) ſonum propagare, ſed diſcrimine notabili; 2) aërem fixum atmoſphaerico minus aptum eſſe ſoni motibus; 3) aërem dephlogiſticatum et nitroſum propemodum aeque bene ſonum propagare, ſed melius quam atmoſphaericum; 4) ſonum in his duobus fluidis nonnihil magis acutum ſtrepentemque, ſed in aëre fixo grauiorem obſcurumque fieri; 5) aërem inflammabilem ſonum fere prorſus deſtruere. Quae cauſa ſit huius diſcriminis, auctor definire non audet.

p. 11 – 14. II. *Venus lithophaga deſcripta ab* ANDREA IOANNE RETZIO, *Profeſſore Lundenſi.* Praeter varias Phaladis Linnaeanae ſpecies et Mytilum Lithophagum hucuſque ignotum fuit, conchas aliquas lapides terebrare illosque inhabitare. Verum inter minerali nonnulla Liburno miſſa clariſſ. RETZIVS inuenit fragmentum lapidis calcarei variis cellulis excauatum. In quatuor harum teſtas adhuc reſiduas reperit, quarum binas caute erimere potuit. Mox vidit illas a Phaladibus et Mytilo lithophago diuerſiſſimas eſſe et ad Veneris genus amandandas, quamuis a characteribus huius generis Linnaeano abludere nonnihil videantur. Circa Liburnum repertum fuiſſe hunc lapidem auctor nullus dubitat. Mere calcareus eſt, poroſus, flauicans, e teſtaceis comminutis olim compoſitus videtur. Quum noſter nullibi deſcriptam hanc conchā viderit, ſequentem eius deſcriptionem conſignavit. VENVS *Lithophaga* teſta ouata reticulata utrinque hians, dentibus cardinalibus binis, alternis bifidis. *Concha* inter paruas locum habet, nam longitudo 6½ lineis Suecicis, latitudo vero 10 aequalis eſt. *Teſta* bival-

biualuis, tenuis admodum et fragilis, aequiualuis, aequilatera, ouata, ſuperne et poſtice hians, antice compreſſa, poſtice gibba. *Valuulae* reticulatae: longitudinalibus ſulcis a cardine ad peripheriam decurrentibus, eleuatis ſubundulatis: tranſuerſalibus minus regularibus; praeterea inter ſulcos tranſuerſaliter ſubtiliſſime ſtriatae. *Margo* leuiſſime denticulatus. *Vulua* obſoleta, hymene clauſa. *Anus* nullus. *Nates* parum recuruatae, approximatae, nonnihil detritae. *Valuulae dextrae* dentes cardinales duo: *inferior* ſimplex, triangularis, acutus, reflexus. *Superior* biſidus compreſſus, verſus vuluam parum procumbens. Sub vulua *ſulcus* longitudinalis, cuius margo interior verſus nates eleuatior in dentem compreſſum verſus rimam flexum. *Valuulae ſiniſtrae* dentes cardinales duo: *inferior* praeciſe ſub natium apice, longior, biſidus. *Superior* ſimplex, compreſſus, a baſi lata acutus, breuior. Sub vulua *ſulcus* et *dens*, qualis in valuula dextra. *Color* extus et intus albus. In recenti teſta ſine dubio epidermiis adeſt tenuis; reliquias enim eius in vno exemplari auctor vidit. In eodem exemplari interne ſub vulua fuſcus color incipit ac verſus marginem ſuperiorem properat, vnde macula, quae animalis ad vtramque teſtam ſedem occupat. In alio ſpecimine haec macula deeſt, et eius loco flaui aliquid obſeruatur. *Tertius dens* reliquis binis approximatus deficit quidem, ſed hoc in aliis Veneris ſpeciebus etiam obuenit; huius loco autem eſt *dens anticus* licet ſolito remotior et forma a reliquis diuerſus. Addita eſt icon concham exhibens. Caeterum qua ratione animal lapides terebret inhabitetque, quoque inſtrumento et artificio recens incluſum animalculum e materno carcere exitum inueniat, vt ſibi cellulam praeparet propriam, haec omnia ſibi myſteria eſſe auctor fatetur.

III.

III.

Apparatus medicaminum tam ſimplicium quam praeparatorum et compoſitorum in praxeos adiumentum conſideratus. Volumen quintum. Auctore IO. ANDREA MVRRAY, D. Gottingae apud Io. Chriſt. Dieterich. 1790. 8 mai. pagg. 588. ſine praefatione et indicibus.

Abſolutum ergo nunc maximam partem gaudemus opus claſſicum, ex animo optantes, vt (liceat ipſius ill. Auctoris verbis vti) illi telam inceptam finire detur, antequam ſenilis infirmitas eam relaxet, vel mors diſcindat, numquam amplius vniendam. Supplemento mox ſubſequuturo reſeruat varias nouas ſtirpes, quibus ab eo tempore, quo apparatum hunc edere incepit, ſupellex pharmacopoliorum aucta fuit: varias vegetabilium partes, quorum ſpecies botanica tardius modo innotuit; plures alias ignotae vel dubiae ſpeciei; vires plantarum ante iam cognitarum primum vel curatius perſpectas; et huic ſupplemento ſucceſſuram meditatur editionem nouam. Iam cum ampliſſimum hoc volumen quamplurima conineat ad regulas, quas ſibi ipſi praeſcripſit ill. Auctor, congeſta, quae ad hiſtoriam, culturae praeparationeque rationem, medicum aeque ac oeconomicum ſtirpium vſum ſpectant, quaedam Eidem propria cum lectoribus noſtris communicare ſatagemus.

Expoſitas in prioribus voluminibus ſtirpes polycotyledones, aut, vt ill. Auctor mauult, dicotyledones, iam excipiunt monocotyledones, quarum primus ordo eſt *palmarum*. *Palmae oleum* praecipue ex cocc
p. 1. butyracea iuxta relationem MATISII in LINN.
p. 13. Suppl. *) *Sagu* vel *Sago* iterato ſcrutinio refertur cycade circinali ad ſagum ſeu palmam farinariam

RVMPH.

*) Vid. Comment. noſtr. vol. XXV. p. 122.

RVMPH. licet omnino et aliae palmae et aliae vegetabilium partes ſimilem materiam praebeant.

Piperitae. In diiudicando *piperis* effectu diſtinguendum vtique eſſe inter ea aromata, quorum exeſtuans potentia, in oleo calido aethereo latens, vniverſalem humorum commotionem efficit, et piper, quod eiuſmodi oleum non contineat et, modice ingeſtum, topicum modo ſtimulum excitet. Laudem *acori veri* in haemorrhagia narium et poſt abortum *) ſuſpectam eſſe in aromate, fereque pſeudacorum ſumtum eſſe coniici debere. Pulueris ſtomachici BIRKM. laudes, cuius tamen formula abbreuiari omnino poſſit. p. 30. p. 40. p. 50.

Scitamineae. Vim aromatum ad augendum purgantium effectum in vniuerſum non inſignem iudicandam eſſe, eaque rectius addi ad nauſeam et tormina arcenda. *Cardamomo minore* cognito reliquarum ſpecierum cognitione, ſi vtile modo ſpectes, ſuperſederi poſſe, quod minimum reliqua vi ſuperet, ſapore longe blandiori quam reliquorum aromatum, neque illi facile gratia cedente praeterquam cinnamomo. *Galanga* ad marantam refertur: dubium tamen a LINNAEO declaratum genus ſubſequentis aetatis ſcrutinium accuratius requirere (nuperrime demum Cl. DE LOUVEIRO **) eam ad amomum referre legitimus). Verae *zedoariae* ex India tranſmiſſum ſpecimen deſcribit ill. Auctor, figura cum zed. longa conueniens, extus profunde brunum maculis nigris, interne paullo pallidius cum gyris nigricantibus, compagis mollioris, ſaporis longe amarioris ſed minus calidi, vix odorum. p. 64. p. 70. p. 84.

Liliaceae. Simplicem ſiccationem *ſcillae* eius tonioni praeferendam eſſe (b. STOLLIVS crudam praeferendam p. 96.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. VIIII. p. 455.

**) Flora Cochinchinenſis, Tomi duo, Vlyſſip. 1790. 4. mai.

parationibus omnibus valentiorem commendat *). Male phthiſicis ex vlcere pulmonum dari oxymel ſcilliticum. Scillae doſin tantam, quae vomitum cie nonniſi tunc conducere, quando vomitoriorum in hydrope opportunitas adſit, quae autem aeque raro mo dat ac purgantium fortiorum. (In enarrandis ſcillae in dibus aduerſus calculum experimenta Cl. TROIA **) non memorantur). Paucis electuarii anthel STOERKII praebiis captis anicilla plures vermes c curbitinos vomitu reiecit. Ad lotium pellendum hydrope Cl. DARELIVS praecipue eſſentiae ſcill
p. 126. cum optimo ſucceſſu indulſit. Lactis cum *allio* co libra vna mane et veſperi poti efficaciam in tuſſi tarrhali obſtinatiori cum extenuatione corporis iunct ill. Auctor cognouit. (Vſum eius aduerſus aſcarid in clyſmate et vaporibus memoratum non inue
p. 158. mus.) Copioſe enarrata experimentorum b. GIL DINGII cum *helleboro albo* captorum ſumma colligitur, veratrum febris praecipue vices age eiusque ſub nixibus mouere ſtagnantia, diſſipare euerrere morboſos ſtimulos, et ipſum ſyſtema ne voſum eiusque fontem vel torpore languentem non rite peruium exagitare et aperire: taxantur tamen inſignes medicamentorum ambiguorum doſes ideoque methodus Cl. WENDT deſcripta a Cl. AGA SIZ ****) et repetita ab ipſo Cl. WENDT †) praeſcr tur, adiunctis aliis curationis auxiliis decocto drachma vna rad. helleb. albi et aceti vini vncii
p. 168. ginti cochleatim ſumto. *Sabadillae*, incognitae veri ſpeciei, ſeminum capſulas modo amaricantes, vix vl acrimoniae ſenſu inſtructas, inuenit ill. Auctor, id ſemi

*) Praelect. in morbos chronicos, Vol. II. p. 308.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXI. p. 637.

***) Eorumd. Vol. XXV. p. 26.

****) Diſſ. de therapia maniae, Erlang. 1785.

†) *Nachrichs vom Krankeninſtitut zu Erlangen*, St. 5. S.

feminibus ipſis multum virtute inferiores. In cauſ- p. 184.
ſam foetoris vrinae ab *aſparago* comeſto curatius inquirendum, quum neque alkali volatile aſparago inesſe euictum ſit, neque alia volatilia foetorem lotio impertire ſoleant. Eum plus praeſtare in calculo aſtar diuretici, antequam arenulae coaleſcant, quam ipſo iam formato. Virtutem aphrodiſiacam etiam a diureſi deriuari debere. *Hermodactyli* colchico illy- p. 210.
rico, minus cognitae adhuc plantae, adſcribuntur.
Aloes hiſtoria egregie, potiſſimum ex ill. Auctoris de p. 238.
ſucci aloes amari initiis in opuſculorum T. II. Diſplicere ſibi, aliis purgantibus in chronicis morbis vel obſtructione alui habituali ſaepe aloen ſubſtitui, aut ad proliciendas haemorrhoides adhiberi. *Lilium coual-* p. 260.
ſium (eius acetum apud noſtrates vſu externo analepticum domeſticum maxime ſollemne).

Enſatae. Iridis florentinae vſus ad fonticulos *) p. 265.
non memoratur.

Orchideae. Radicem *ſalep* potiori iure tribuendam p. 279.
videri orchidi maſculae, quam O. morioni, licet praeter vtramque aliae quoque O. ſpecies eam ſubminiſtrent. Vires eius aphrodiſiacae ab odore hircino, in ſiccatis nonnumquam radicibus, forſan a relicta cuticula, ſuperſtite, et ſi etiam hic coctione auolaret, nutriente qualitate petendae, auctae praeterea additis calidioribus et aromatibus.

Ex *tripetaloideis* ſolus calamus rotang, *ſanguinem* p. 301.
draconis largiens, vbi tamen et aliae ſimul arbores eiusmodi ſuccum rubrum praebentes adducuntur. (Arborem in Botanny bay iam curatius definitam in Cl. WHITE opere **) ſub nomine encalypti reſiniferae legimus).

Cala-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 414.

**) Journal of a Voyage to new South-Wales. — London 1790. 4. with Plates.

p. 310. *Calamariae. Carex arenaria*, eique ſubſtituendae C. diſticha HVDS. et C. hirta, potiſſimum ſecundum Cl. MERZ *): poſteriorem tamen, vtpote inodoram et inſipidam, non adeo commode reliquis virtute aequiparari.

p. 329. *Gramina.* In *tritici* conſideratione quum de amylo ſermo eſt, generatim quidem illud oeconomicis potius quam medicis vſibus inſeruire docetur, tenuiminum tamen Cl. HOME in phthiſi cum eo capto-
p. 351. rum **) nulla mentio fit. Diuerſas adeo de clauorum ſecalinorum effectibus obſeruationes conciliaturus ill. Auctor putat, experimentis apud animalia perceptis potius aliquam de origine epidemiae iſtius gangraenoſae lucem accendi, quam de origine morbi convulſiui epidemici, qui ſua natura differre videatur; credibile etiam eſſe, ipſos clauos alio tempore eſſe funeſtos, alio innocuos, eamdemque deleteriam cauſam, quae ipſa grana ſecalis cerealis vitiet germinandique potentia priuet, etiam ſecali cornuto labem aſpergere. (Eos pro remedio domeſtico in difficul-
p. 378. te partus adhibiti quidam prodidit ***). Sub *hordei* tractatione ſimul de cereuiſia agitur, ſerique lactis eius ope Suecis parari ſollemnis, mentio fit vulgaris potus in febribus acutis, aqua calida ad ſitim melius fallendam diluendi, gratique ferculi ex caſeoſis re-
p. 409. liquiis partibus cinnamomo conſperſis parandi. Sacharum acore, quem ſecum vehit, bilis corruptelam a pinguibus facile excitandam auertit (ructus nidoroſos ab oleo acetariis addito non melius quam ſaccharo iis inſperſo arcemus). Nutriendi potentiam a reliquiis ſecundae ſucci ſacchariferi ebullitionis exſpe-

*) Diſſ. de caricibus quibuſdam medicinalibus ſarſaparillae ſuccedaneis, Erlang. 1784.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXV. p. 44.

***) *Frankfurter gelehrte Anzeigen vom Jahr* 1776 *S.* 32.

ſtari debere, non autem a ſaccharo depurato, cui potius vis relaxandi, reſoluendi et, ob acidum, emaciendi ineſſe putanda, ſi eodem abutamur, actione praecipue in gelatinoſam ſanguinis partem manifeſta. illud aeque ac mel fermenteſcibili potius indole, aërem firum euoluente, quam aceſcente, calculum ſoluere videri. Quod ſpiritus ſacchari pro menſtruo gummi guaiaci electus fuerit, opportunitate loci primum factum eſſe; nihil nempe in eo reperiri, quod ſymbolam ad curationem arthritidis afferre poſſet. *Oryzae* p. 442.
vi antiſcorbuticae, a Cl. BISSET eidem tributae *), diffitendum, quum aliorum antiſcorbuticorum ſimul mentio fiat.

Acotyledones ſtirpes aptius nomine cryptantharum inſigniendas eſſe, licet vel recentiſſime Cl. DE JUSSIEU **) prius nomen adhuc ſeruet. Sub *filice* p. 449. p. 457.
mare remedium Cl. HERRENSCHWAND, prout ipſe nunc publici iuris illud fecit, commemoratur, ad corrigenda ea, quae ex diuerſis diuerſorum coniecturis in vol. ſuperiori ſub gummi guttae adducta fuerant.
Ad vſum internum *lycopodii* addimus, Tranſyluanos p. 491.
infuſo vinoſo herbae vti aduerſus arthritidem, quod autem fortius ſtuporem, vomitum, mortem efficiat ***). Occaſione *lichenis islandici* aliarum quoque p. 507.
ſpecierum lichenis nutriciis particulis ſcatentium mentio iniicitur, moneturque, loco tot aliorum, quae annonae charitate infeſtante egeſtati ſubuenire creduntur, maiorem, quam vulgo fieri ſoleat, lichenum rationem merito haberi debere. Non minimum argumentum commendandi illum in morbis hoc eſſe, quod aluum non ſiſtat, ſed apertam mollemque ſervet,

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. V. p. 617.

**) Genera plantarum ſecundum ordines naturales, Paris. 1788.

***) MART. LANGE recenſio remediorum praecipuorum Tranſyluanicis domeſticorum. Offenb. 1788. 8.

vet, qua in re aliis mucilaginoſis haud parum praeſ-
p. 522. rendus. *Lichenem pulmonarium* rariorem vtique
p. 526. medicina hodie, quam mereatur. Notiſſimae laud
a MEADIO *licheni canino* tributa, multis dubitation
p. 529. bus obnoxiae. *Muſcus pyxidatus*, ad quem lich. coc
ciferum et pyxidatum LINN. et lich. pyxidatum ſim
plicem WEISS. a LINNAEO non memoratum, a qu
buſdam pro varietatibus vnius ſpeciei habitos, refer
p. 534. ill. Auctor, viribus lich. islandico analogus. *Lichen*
roccellae tractatio ea ſupplet, quae in volumine pre
cedenti de pigmento caeruleo (*lacmus*) tradita ſunt
(*Lich. iuniperini* vires aduerſus icterum a LINNAEO
memoratae *), et *lich. ericetorum* in infuſo cum cer
viſia parato aduerſus hydropem, quas vſpiam laudat
p. 543. meminimus, non memorantur.) *Helminthochortos* fu
cis potius quam conferuis accenſendum arbitratur
p. 551. ill. Auctor. *Conferuam riuularem* ob extricandum inde
aërem dephlogiſticatum hic pertractat, tutiſſimum
tamen iudicans caute de beneficiis aëris huius men
tem pronunciare, donec illa repetito in morbis tem
p. 546 tamine plus fidei acquiſiuerint. *Agaricus muſcarius*
eius effectus inebrians, gentibus ſeptentrionalibus
acceptiſſimus; vires medicae aduerſus epilepſiam,
indurationes glandularum puſtulas corneas et ulcera
fiſtulasque, ex Cll. BERNHARDT **) et WHIT-
p. 563. LING ***). *Boleti igniarii* vim ſanguinem ſiſtendi
iam ante BROSSARDVM BREYNIO et DILLENIO no
notuiſſe, neque eamdem vim aliis mollibus vegetabi
lium partibus propriam maiores latuiſſe. Ampla diſ
p. 569 cuſſio, vbi illi locus ſit nec ne, et quaenam ipſum
prae ligatura commendent. *Boleti ſuaueolentis* vir

*) Vid. Comm. noſtr. II. Dec. Suppl. p. 400.

**) *Chymiſche Verſuche und Erfahrungen*, Leip
8. 1755. *m. K.*

***) Diſſ. de virtutibus agarici muſcarii, Ien. 1778.

ex Cl. ENSLIN *). *Auriculae Iudae* vires non ſatis con- p. 569.
firmatae. (*Lycoperdi tuberis* vires aphrodiſiacas vel p. 584.
pauciſſimis examinatas optaſſemus.)

IV.

Mediciniſche Skizzen von D. IOHANN CARL HEINRICH ACKERMANN, *ausübenden Arzte in Zeitz. Erſtes Heft. Leipzig bey Siegfried Lebrecht Cruſius.* 1790. 8. *pagg.* 91. *Zweites Heft. ib. eod. pagg.* 93.

i. e.

Adumbrationes medicae, auctore IOH. CAR. HENR. ACKERMANN, faſc. I. et II.

Tentamen ſuper tarda euolutione morborum quorumdam. Duas quaeſtiones hic enodandas ſuſ- Faſc. I. p. 1.
cepit Cl. Auctor: 1. Quaenam ſunt praecipuae diſpoſitiones morboſae, ſaepe ſero demum erumpentes? Prae reliquis attentione in praxi dignae diſpoſitiones ad morbos verminoſos, haemorrhoides, rheumatiſmum (hunc plerumque haemorrhoidum praecurſorem eſſe, harumque primam cauſſam in ſyſtemate lymphatico exiſtere) ſcrophulas et phthiſin. 2. Vnde tarda horum morborum euolutio? Vti cauſſae quaedam eam accelerant, ſic eadem retardatur hilaritate animi, aut e contrario morbis eiuſdem (vbi ſimul quaeritur, num tardior facultatum animae euolutio ſaepe etiam tardioris euolutionis morborum haereditariorum cauſſa putanda ſit); a vi vitae torpida, vel rarioribus exemplis iuſto viuidiore; ab incremento corporum vel iuſto tardiore vel celeriore (an diſpoſitio gravidarum ad morbos poſt partum demum ſe euoluens a vi nutritiua viuidiore pendeat?) a ſympathia partium inter ſe (in quolibet homine, quantocumque ſanitatis

 gradu

*) Diſſ. de boleto ſuaueolente LINN. Erlang. 1784. recuſa ſub titulo Commentarii 1785.

gradu gaudeat, partem quamdam debiliorem reliquis esse); ab abundantia humorum, eorumque motu tam regulari quam irregulari; a coniunctione vnius materiae morbosae cum alia; a materiae morbosae copia nimis exigua, incognita eiusdem qualitate specifica, modo quo in corpus ingressa fuerit; a caussis aliis magis particularibus, quae omnes raro solae, sed saepius iunctae inter se operentur. Diuersitas morborum citius tardiusue euolutorum. Corollaria practica inde deducenda: morbum recentem alium tam latentem producere; idem fieri a medicamento morbo alii opposito; vnum idemque remedium morbum eumdem sanare latentemque euoluere posse; idem valere de sanguinis missionibus (spasmum quemcunque primum gradum inflammationis sistere).

p. 36. II. *Tentamen theoriae degenerationum materiarum quarumdam morbificarum.* Distinctio earum in apparentes (v. c. in complicatione morborum venereorum cum scorbuticis, in morbo venereo a gonorrhoea enato, in reliquiis morbi praegressi, vt affectionibus glandularum post variolas) et veras; harum iterum in perfectas et imperfectas. Degeneratio materiae varioloſae, morbilloſae, rheumaticae, arthriticae, venereae, ſcorbuticae, ſcabioſae. Diſpoſitio bilioſa morbos alios mutans et ipſa in fomitem putridum abiens. Virus cancroſum incognitae naturae. Mutationes ſenſim fieri, et plerumque in peius: quod qua ratione contingat, ignotum. Cauſſae: aër atmoſphaericus (praeſertim in morbis cutaneis; in tranſitu de cauſſa, cur nonnulli morbi epidemici et contagioſi ſemel tantum hominem inuadant, forte in mutata inde materia tranſpirabili quaerenda); diaeta vitioſa; medicamenta; propagatio per generationem; vis neruea ſeu vitae nimis debilitata (cui tribuendum eamdem materiam, quae plerumque veras variolas gignat, in vno alteroue ſpurias producere); conditio

organo-

organorum ſecretoriorum, potiſſimum digeſtionis, item renum (exemplo calculi in arthriticis); coniunctio duarum materiarum morbificarum, tertiam producens; longior earum in corpore mora. Cur eadem materia in diuerſis corporibus varie mutetur, ignotum. Quaerendum etiam, an ad illas cauſſas minus ſubitum corporis incrementum, ſemen in ſanguinem regreſſum, imaginatio pertineant.

III. *Cogitata de neceſſitate et vtilitate ſocietatum priuatarum medicorum.* Vt nimirum medicus aegri, qui antea alio vſus fuerit, curam ſuſcepturus eius ſtatum et olim exhibita remedia optime cognoſcat. p. 61.

IV. *Quaedam ſuper vſu externo purgantium.* Nonae ex eorum intus ſumtorum abuſu. Commoda ex vſu eorum in balneis vel vnguentis: vt viribus ventriculi parcatur, humores tenaciores melius ſoluantur et ad inteſtina deferantur, ſtagnationes in vaſis lymphaticis tollentur. Vnguentis mercurialibus reſina ialappae addenda, ante et poſt eiuſmodi vnguentorum vſum electricitas adhibenda ſuadetur, vt vaſa cutanea reſorptioni aptiora fiant debilitasque virtutis nerueae praeuertatur. p. 71.

V. *De effectibus ſalutaribus obſtructionis aluinae* (non morboſae, ſed alui in ſtatu ſano tardioris). Eam mederi laxitati et debilitati inteſtinorum, abſentiam bilis ſupplere, criſin per vomitum, haemorrhagiam narium, haemorrhoides, menſtrua, diureſin, ſaliuationem, exanthemata excitare vel ſuſtentare, metaſtaſin criticam efficere, forte etiam, ſcybalis non in inteſtino recto aut inferiore coli, ſed ſuperiore eius parte accumulatis, excluſionem fetus et ſecundinarum iuuare. p. 82.

I. *De vermium inteſtinalium vtilitate*: ad praecauenda damna ex alimentis nimiis aſſumtis, pituitam mobilem reddendam, appetitum inſtaurandum, particulas heterogeneas ex ſecundis viis ad inteſtina deducendas et eliminandas, ſtagnationes in ſyſtemate ve- Faſc. II. p. 1.

nae portarum et lymphatico, ſtimulo excitato, tollendas, reſorptionem vaſorum lymphaticorum vel augendam vel minuendam, criſin per vomitum, diarrhoeam, ſaliuationem producendam, ſtimulum in partibus nobilioribus tollendum (vt in hydrocephalo et aſphyxia).

p. 11. II. *Cogitata ſuper medicina populari.* Eam non quidem tantum in diaeta acquieſcere debere, ſed therapiam quoque complecti: ita tamen, vt tantum negatiua, non poſitiua praecepta tradantur. Optima eiuſmodi librorum forma epiſtolaris.

p. 25. III. *De cauſſis impotentiae purgantium fortiorum*, iis nempe, quae a tubi inteſtinalis eiuſque contentorum conditione pendent. Sunt eae rigiditas et inminuta ſenſibilitas primarum viarum, aut earumdem nimia laxitas; nimia earum ſiccitas, coarctationes, propenſio ad motum periſtalticum inuerſum; nimia copia faecum induratarum, muci, flatuum.

p. 34. IV. *Quaedam de cura melancholicorum.* Nimis ſubitum tranſitum ex triſti ſolitudine ad varietatem obiectorum animi diſtrahendi cauſſa ſaepe nocere, melancholiamque in verum furorem vertere poſſe; quaenam facultas mentis prae reliquis affecta atque intenſa fuerit inquirendum, eiusque nimiam tenſionem alius facultatis excitatione moderandam eſſe; nonnunquam praeſtare, vt idea inhaerens aegro plane explicetur eiuſque in minima quaſi analyſis proponatur, quam vt omni adhibita opera eam abolere moliamur.

p. 43. V. *De praecellentia medicinae priſcae prae recentiori dialogus*: in eo nimirum, quod cautior fuerit in narcoticis exhibendis.

p. 52. VI. *Cogitata quaedam de materiis contagioſis.* Comparatio euolutionis et communicationis earum cum materia electrica vel primitiua vel communicata (admodum ingenioſe, vti nobis viſum fuit). Fatuos et

deliran-

delirantes difficilius contagio affici ob torporem nervorum. Cur morbi contagioſi prima periodo non facile propagentur? quia contagium plerumque primo in ſyſtema lymphaticum et bilem agat, in principio parum volatile ſit, neque tunc aer tantum deprauatus, quantum in progreſſu morbi.

VII. *Tentamen ſuper metaſtaſi humoris lacrymalis*, p. 70.
ſymbola ad pathologiam. Inde ſequi poſſe inflammationem oculorum, hydrophthalmon, caecitatem; metaſtaſin fieri ad cerebrum (epilepſiam adeo infantum a fletu prohibito inde deriuandam), ad gingiuas, pulmones (vnde forte peripneumoniam poſt morbillos), ventriculum (vnde ſingultum), vias vrinarias, cutim.

VIII. *Quaedam de veſicatoriis*: quatenus fomitem p. 77.
latentem morborum euoluere queant, quod potiſſimum in miaſmate herpetico, venereo et ſcrophuloſo obſeruaſſe ſibi viſus ſit Cl. Auctor; veroſimile etiam, diſpoſitionem ad haemorrhoides iiſdem iuuari.

IX. *Obſeruationes medicae miſcellae.* Atrophia, p. 82.
dyſenteria ſecedentibus concretionibus polypoſis curata. Dyſenteria abortum inducens, metaſtaſi lactis ad inteſtina ſanata. Vſus ſalutaris decocti lichenis islandici in dyſenteria. Abſceſſus in epigaſtrio, febrem lentam poſt morbillos enatam tollens: inde forte in peripneumonia et phthiſi veſicatorii maior vſus ſcrobiculo cordis, quam alii loco impoſiti. Vſus aëris fixi in reuocando fluxu menſtruo a terrore ſuppreſſo et haemoptyſin efficiente; haemorrhoides brevi poſt apparentes ad ſanitatem reſtituendam multum conferebant. De relatione fluxus menſtrui ad haemorrhoides.

X. *Symbola ad medicinam forenſem.* Atmoſphaerae p. 89.
conditionis rationem habendam eſſe in lethalitate vulnerum, veneficiis, ſuffocatione, abortu, pulmonum docimaſia (nos praecipue hic autochiriam commemoraſſemus).

V.

Hiſtorical and biographical ſketches of the progreſs of botany in England from its origin to the introduction of the Linnaean ſyſtem. By RICHARD PVLTENEY, M. D. F. R. S. In two volumes. Vol. I. London, printed for T. Cadell, in the ſtrand, 1790. 8. pagg. 360. Vol. II. pagg. 352.

i. e.

Sciagraphia hiſtorica et biographica progreſſus botanices in Anglia inde ab eius origine vſque ad introductionem ſyſtematis Linnaeani. Auctore, RICHARDO PVLTENEY, M. D. et R. S. S. Volumina duo.

Conſtituerat olim clariſſimus auctor Floram Angliae ampliſſimam ſcribere, quae non modo hiſtoriam ſingularum Angliae plantarum medicam et oeconomicam recenſeret, ſed etiam pinacem haberet, in qua tum primorum omnium ſpecierum inuentorum nomina tum omnia ſynonyma ordine chronologico continerentur. Huic operi ſciagraphiam, cuius recenſionem damus, ſed nonnihil contractam tanquam introductionem praemittere ſtatuerat. Hoc vero conſilium abiicere variis impedimentis coactus eſt. Ne tamen omnis laborum fructus intercideret, hance ſciagraphiam, cuius materia iam congeſta erat, absoluit publicique iuris eſſe iuſſit.

Etſi hic liber maxime ſcriptis botanici argumenti recenſendis deſtinatus eſt, tamen cum multi auctorum in eo laudatorum aliis quoque operibus inclaruerint, etiam hi illorum labores occaſione data commemorantur. Quoad eius fieri potuit, clariſſ. auctor ipſos ſemper fontes adiit. Praeterea ſequentes libri cum

cum fructu ab eo adhibiti fuerunt: GESNERI Bibliotheca viuerſalis: eiusdem Epitome a SIMLERO et FRISIO edita: eiusdem Praefatio in libros de natura ſtirpium H. TRAGI: Tranſactiones Philoſophicae: VAN DER SWINDEN de ſcriptis medicis: HERBELOTI bibliotheca orientalis: WOOD Athenae Oxonienſes: TOURNEFORTI Iſagoge in rem herbariam: BOERHAAVII methodus ſtudii medici: CONRINGII introductio in vniuerſam artem medicam: FRIEND et LE CLERC hiſtoria medicinae: MANGETI bibliotheca ſcriptorum medicorum: Dictionarium generale (*general Dictionary*): LINNAEI, SEGVIERII, HALLERI Bibliothecae botanicae: TANNERI Bibliotheca Britannico-Hibernica: SCHMIEDELII praefatio ad GESNERI opera: Biographia Britannica: MATTHIAE conſpectus hiſtoriae medicorum: FABRICII Bibliotheca Latina: eiuſdem Bibliotheca Latina mediae et infimae latinitatis: GRANGER hiſtoria biographica Angliae: Nouum dictionarium hiſtoricum (*Nouveau dictionnaire hiſtorique*): ELOY dictionarium hiſtoricum medicinae.

Caput I. Botanica primi aeui. Botanica ſenſu la- Vol. I.
tiſſimo ſumta quin vna cum genere humano ortum p. 1.
ceperit, nequit dubitari. Antequam artes inuenirentur, metallisque repertis inſtrumenta et arma conficerentur, quibus homines animalia ſuo imperio ſubiicerent, apparet, eos maxime e regno vegetabili alimenta ſua ſumere debuiſſe. Haec res effecit, vt plantarum vires tum ſalutares tum noxiae cognoſcerentur adeoque artis medicae fundamenta ponerentur. Nouimus, antiquiſſimis temporibus botanicam fere a ſacerdotibus, qui iidem medici eſſent, excultam fuiſſe. In his etiam Galliae Britanniaeque Druidae commemorantur.

Botanica Druidarum. De Druidis eorumque rei p. 5.
herbariae ſcientia nihil fere nouimus, niſi quod in

Caeſaris

Caeſaris Pliniique monumentis legitur. Quatuor in Plinii hiſtoria naturali plantarum, viſci *), verbenacae **), ſelaginis ***), ſamoli ****), mentio fit, quarum vſus apud Druidas mire ſuperſtitioſus fuit. Harum plantarum forſitan ſolummodo primam, quae a Plinio viſcum dicitur, certo cognitam habemus. Quin viſcum recentiorum ſit, nequit dubitari. Quae planta verbenaca ſit, parum inter viros doctos conuenit. Nec magis conſtat, quam plantam Plinius ſelaginem dixerit, ſiquidem, quam eius deſcriptionem dedit, ea magno plantarum numero congruit. Malit noſter ſelaginem cum GVILANDINO pro erica, quam cum CAESALPINO pro ſedo habere. Denique de ſamolo omnia incerta ſunt. — De herba Britannica a Dioſcoride ac Plinio memorata pariter magna lis eſt. — Clariſſimo LIGHTFOOT auctore magni fuit aeſtimata Druidis ſorbus aucuparia, cuius etiam noſtra aetate magnus, ſed ſuperſtitioſus, in Scotiae montibus vſus eſt. Omnino in dubium non poteſt vocari, Britannos, vti omnes alias nationes adhuc rudes et barbaras, morborum remedia e regno vegetabili ſumſiſſe, adeoque non leuem ſibi peperiſſe plantarum vulgarium cognitionem. Libri de re herbaria veteri illorum lingua ſcripti non exſtant: at habemus indices non contemnendos nominum plantarum Cambricorum, Hibernicorum, Erſicorum, qui facili negotio multum augeri poſſent. Horum nominum ſpecimen a noſtro datur.

p. 13. *Botanica Saxonum.* Quae fuerit botanices apud Saxones Angliam habitantes conditio, parum nouimus. Hoc conſtat, rei herbariae ſtudium ab illis non neglectum fuiſſe. In nonnullis Angliae bibliothecis publi-

*) Plin. H. N. l. XVI. c. 44. (al. c. 95.)
**) Ibid. l. XXV. c. 9. (al. c. 59.)
***) Ibid. l. XXIV. c. 11. (al. c. 62.)
****) Ibid. l. XXIV. c. 11. (al. c. 63.)

publicis reperias codices manuſcriptos, ſed numero admodum paucos, de plantis tractantes et lingua Saxonum exaratos. Omnium maxime iſtis temporibus de literis meritus eſt Alfredus magnus, cuius auctoritate etiam Apuleii liber de herbis ſaxonice verſus videtur.

Cap. 2. *Botanica medii aeui* *). Scholae Salerni- p. 17.
tanae de conſeruanda valetudine praecepta quin mox in Anglorum notitiam venerint, dubitari nequit, videnturque Anglos ad rei herbariae ſtudium non parum excitaſſe. Botanices ſcientia illorum temporum peranguſtis cancellis circumſcripta fuit, cum ſolas plantas ſpectaret, quae in vſus medicos traherentur. In Auctoribus, qui Anglia Normannorum ditioni ſubiecta floruerunt, primo loco noſter memorat hiſtoriarum ſcriptorem HENRICVM, Archidiaconum Huntingdonenſem, qui regnantibus Stephano et Henrico ſecundo vixit. Scripſit octo libros *de herbis, de aromatibus, et de gemmis*, qui manu ſcripti in bibliotheca Bodleiana ſeruantur. — Praeter varios auctores anonymos a noſtro laudantur hi: HENRICVS ARVIEL, IO. BRAY, GILBERTVS LEGLE ſiue GILB. ANGLICVS, IO. ARDERN (chirurgiae in Anglia reſtaurator), HENRICVS DANIEL, GVALTER. DE HENLEY, NICOL. BOLLAR, IO. DE S. PAVLO, HENRICVS CALCOENSIS, GVILIELMVS HORMAN. Scripta horum auctorum fere in bibliothecis adhuc latent. Parum inde exſpectaueris, quod alicuius momenti ſit, cum nihil fere ſint, niſi vetuſtiorum auctorum compilationes. — Hoc loco noſter etiam de APVLEIO et MACRO vel potius de libris his auctoribus falſo adſcriptis eorumque verſionibus diſſerit.

Cap.

*) Complectitur noſter hac periodo, quicquid ante literarum inſtaurationem artisque librorum imprimendorum in Angliam introductionem in botanica actum eſt.

p. 34. *Cap.* 3. *Continuatio eiusdem argumenti.* Hauriendа fuit medio aeuo botanices ſcientia e riuulis admodum turbidis, ſiquidem Theophraſti, Dioſcoridis Plinii*que* codices manuſcripti parari vix poterant, praetereaque illorum duumuirorum libri ob graeci ſermonis inſcitiam non intelligebantur. Laetior ſors botanicae contigit, cum capta a Turcis Conſtantinopoli repertaque librorum excudendorum arte veterum illorum auctorum monumenta publici iuris fierent. Agitur ſtrictim in hoc capite de illis auctoribus eorumque commentatoribus et emendatoribus, IVL. CAES. SCALIGERO, ROBERTO CONSTANTINO, BODAEO STAPELIO, HERMOLAO BARBARO, OTT. BRVNOFELSIO, PETRO LEYDENSI, ANDR. LACVNA, AMATO LVSITANO, VALERIO CORDO, PETRO ANDR. MATTHIOLO, CASP. BAVHINO, NICOL. LEONICENO, SIGISM. GELENIO, BEAT. RHENANO, FERD. PINTIANO, CLAVD. SALMASIO, IO. HARDVINO, HIERON. TRAGO, LEONH. FVCHSIO, CONR. GESNERO, ANDR. CAESALPINO, CAROLO CLVSIO, GVILIELMO TVRNERO.

p. 44. *Cap.* 4. Plures anni inuenta arte typographica elapſi ſunt, antequam opera argumenti botanici originalia vel in terra continente vel in Anglia euulgarentur. Diſputat noſter hoc capite *de libro naturae* germanice ſcripto, *herbario, horto ſanitatis.* Primum opus botanicum alicuius momenti, quod in Anglia prodiit, eſt *magnus herbarius* (*the grete herbal*), cuius plures editiones habemus. Prima eſt anni 1516. De hoc opere noſter diligenter agit. Praeterea de ANTONIO ASHAMO, ſacerdote ac vicario Burniſhtoni in comitatu Eboracenſi, herbarii auctore, ac GVILIELMO COPLANDO, typographo Londinenſi, qui pariter herbarium euulgauit, loquitur. — Accedunt nonnullae de hortis botanicis eorumque origine obſervationes.

Cap.

Cap. 5. Hoc capite de GVILIELMO TVRNERO eiusque operibus copioſe et diligenter diſputatur. Ab eo vera aera botanices in Anglia numeranda eſt: primus enim inter Anglos cum rei herbariae ſtudio doctrinae copias criticesque acumen coniunxit. Natus eſt Morpethi in Northumbria educatusque Cantabrigiae in collegio Pembrocenſi. Philoſophiae ac medicinae ſtudio ſe dedit moxque botanices addiſcendae cupidine captus eſt. Poſtmodo etiam theologiae ſtudium amplexus cum de ſuggeſtu ad populum verba reformatorum decretis congruenter faceret, acerbam ſortem perpeſſus eſt, tandemque Angliam regnante adhuc Henrico octauo reliquit. Hoc in exilio eius ſciencia rerum medicarum ac botanicarum non parum creuit. Mortuus eſt in Anglia anno 1568. In eius operibus maxime celebratur *hiſtoria plantarum* anglice ſcripta. Primus videtur medicaginis ſatiuae culturam in Angliam introduxiſſe. — Obiter etiam IOANNIS FALCONARI, quem in herbario ſuo TVRNERVS laudat, mentio fit. p. 56.

Cap. 6. TVRNERO aequalis fuit GVILIELMVS BVLLEYN. Natus eſt in inſula Elicenſi initio regni Henrici octaui, et Cantabrigiae educatus. Mortuus eſt anno 1576. Opera eius varias continent de hiſtoria naturali ſtatuque horticulturae illorum temporum in Anglia obſeruationes. — Eadem vixit aetate THOMAS PENNY, botanices omninoque hiſtoriae naturalis ſcientia clariſſimus. Nihil edidit, adeoque parum de eius vita nouimus. — Praeter hos notandi ſunt IO. MAPLET, et PETR. MARNING. p. 77.

Capite ſeptimo de HENRICO LYTE accurate diſſeritur. Natus eſt anno 1529. Oxoniae literis operam nauauit. Mortuus eſt annos natus 78. Praeter alios libros hiſtorici argumenti herbarium ſcripſit, qui etſi primis huius generis operibus adnumerari nequit, non tamen ſua laude defraudandus eſt. p. 88.

Cap.

p. 96. *Cap.* 8. Primum de MATTHIA LOBELIO agitur. In Belgio 1538 natus eſt, ſed fere in Anglia vixit. Doctiſſimus fuit vir materiamque medicam probe cal- luit. Multum auxit Anglorum botanicam. — Tum THOMAS NEWTON memoratur. Mortuus eſt 170[illegible]. Herbarius eius biblicus nihil eſt niſi anglica versio LEVINI LEMNII *explicationis ſimilitudinum, quae in Bibliis ex herbis et arboribus ſumuntur.* Hac occasione de LEMNIO pauca adduntur. Artem nouit LEMNIVS oſſa animalium rubia tinctorum illis pro pabulo data rubra reddendi.

p. 110. *Cap.* 9. Agitur de REMBB. DODONAEO, IOANNE GERARDO (cuius herbarius herbario DODONAEI in- perſtructus eſt), IACOBO GARETO aliisque eiusdem aetatis botanicis parum cognitis.

p. 126. *Capite decimo* agitur de THOMA IOHNSONO, in primis aucta et emendata operis GERARDI editione nominis famam adepto, nonnullisque rei herbariae ſtudioſis, qui ſuas IOHNSONO ſymbolas contulerunt.

p. 138. *Capite vndecimo* prodit primum IO. PARKINSON, Caroli I. botanicus primarius, variis operibus botanicis clarus. Tum memorantur GVILIELMVS BOR[illegible] aliique nonnulli botanices cultores a PARKINSONO laudati.

p. 155. *Cap.* 12. Hoc loco traditur hiſtoria accurata tabularum lignearum, addunturque nonnulla de primis aenearum tabularum vſu.

p. 164. *Cap.* 13. Anno 1632 Oxoniae fundatus eſt munificentia HENRICI, comitis Danbienſis (*Earl of Danby*), hortus botanicus. Primus ei praefectus fuit IACOBVS AOBART, Brunſuici in Germania natus. Is catalogum plantarum in illo horto creſcentium euulgavit, qui poſtmodum auctior prodiit. — GVILIELMVS HOW, natus Londini 1619, mortuus 1656, primus ad floram Anglicam ſcribendam animum adpulit. Praeterea edidit LOBELII ſtirpium illuſtrationes poſthumas.

Cap.

Cap. 14. Agitur de IOANNE TRADESCANT (qui primus in Anglia muſeum hiſtoriae naturalis inſtituit, quod poſtmodum muſeo Aſhmoleano acceſſit) eiusque filio cognomine, ROBERTO TVRNERO, NICOLAO CULPEPPER, ROBERTO LOVELL, IOANNE PECHEY, GVILIELMO SALMON. p. 175.

Cap. 15 – 20. Iam noſter ad IOANNEM RAIVM*), virum de zoologia ac botanica immortaliter meritum, – 281.
pere ſui temporis Linnaeum, ſeſe conuertit, eiusque vitam ac de hiſtoria naturali maxime plantarum merita inſignia fuſe et diligenter perſequitur. Natus eſt in oppido Blacknotley prope Braintree die 29. Nou. 1628. patre fabro ferrario. Literis imbutus eſt primo in oppido Braintree, tum Cantabrigiae, vbi ISAACVM BARROVIVM, magnum illam geometram, ſocium ſtudiorum et amicum habuit. Cum theologiae ſtudio acerrimam coniunxit hiſtoriae naturalis addiſcendae cupiditatem. Varia per Angliam et Scotiam itinera inſtituit, maxime vt plantarum indigenarum cognitionem accuratiorem ſibi pararet. Etiam exteras ſummo cum fructu viſitauit regiones. Mortuus eſt variis ac numeroſis monumentis ingenii ſui editis anno 1705. p. 189.

Cap. 21. Agitur hoc loco de COWLEII poëmate, quo plantarum natura ac vires celebrantur. Leuis illo fuit rei herbariae cognitio. — Obiter agitur de aliis variarum nationum poëtis, qui ſimilia argumenta tractarunt. p. 282.

Cap. 22. Prodit hic CHRISTOPHORVS MERRET, diuinace ſuo rerum naturalium Britannicarum, quo etiam vegetabilia pertractat, aliquam nominis celebritatem inter botanicos adeptus. Etiam de phyſiologia plantarum variis experimentis inſtituendis bene meritus p. 290.

*) Nomen ei gentilitium fuit WRAY, quod ipſe poſt annum 1669 in RAY mutauit.

meritus eſt, quorum recenſum cum aliis diſſertationibus tranſactionibus philoſophicis inſerendum curauit.

p. 298. *Cap.* 23. Hoc capite primum agitur de ROBERTO MORISON, botanico clariſſimo. — Sequitur tandem IACOBVS BOBART, illius filius, qui primus horto Oxonienſi praefectus eſt.

p. 314. *Caput* 24. breuem hiſtoriam originis ac progreſſus claſſificationis plantarum complectitur. In veterum libris nulla apparent ſyſtematis veſtigia. Theophraſtus enim, Dioſcorides ac Plinius plantas, de quibus loquuntur, nulla ſeruata claſſificatione in tribus magnas confuſasque diuiſerunt. Literis ſeculo decimo quinto inſtauratis, primi botanices cultores in herbaria addiſcenda magis illorum auctorum operibus terendis, quam libro naturae euoluendo operam nauabant. Itaque non mirum, etiam in horum ſcriptis vix vlla ordinis plantarum ſyſtematici veſtigia reperiri. Primus LOBELIVS in ſuis aduerſariis anno 1570 euulgatis videtur plantas in familias claſſesque amplas ab habitu creſcendique modo deſumtas diſtribuiſſe. Admodum manca fuit LOBELII ratio, multumque a BAVHINIS emendata eſt. Nemo dubitat, CONRADVM GESNERVM, aeui ſui Linnaeum, primum certa fundamenta claſſificationis plantarum poſuiſſe. Docuit vir ſummus, characteres plantarum potius a floribus et ſeminibus, quam a foliis, deſumendos eſſe. Magnum his partibus ab eo pretium ſtatutum fuiſſe, vel hinc intelligas, quod primus illas ſeparatim delineauit. Mirum eſt, has GESNERI obſeruationes magnos illos botanices ſtatores, CLVSIVM ac BAVHINOS, neglexiſſe. Sed quod illi omiſerunt, CAESALPINVS feliciter praeſtitit. Ab hoc itaque aera ordinis plantarum ſyſtematici incipit. Poſt CAESALPINVM FABIVS COLVMNA de ſyſtemate plantarum bene meruit. Magno temporis interuallo poſt ſecuti ſunt RAIVS ac MORISONVS, qui primi in Anglia botanicen

tanicen ſyſtematicam docuerunt. Poſtmodo magnus botanicorum idem ſaxum voluentium numerus exortus eſt.

Capite 25. de ſexu plantarum diſſeritur huiusque p. 329.
doctrinae hiſtoria ſuccincta traditur. Sexum plantarum dari, veteres Graeciae philoſophi magis ſuſpicati ſunt, quam crediderunt. Ariſtoteles refert, Empedoclem docuiſſe, ſexus in vegetabilibus vnitos eſſe. Scilicet cum plantis ab Empedocle, quemadmodum ab Anaxagora, Democrito et Platone, ſentiendi facultas adſcriberetur, mirum non eſt, illum etiam de earum ſexu cogitaſſe. Hanc Empedoclis de principio plantarum animali opinionem Ariſtoteles aut potius auctor librorum de plantis, qui ad illum referuntur, oppugnauit, ſed facile apparet, argumenta, quibus vtitur, non eſſe ex ipſa rerum natura atque obſeruationibus petita. Omnino illis temporibus perquam manca erat propagationis in regno vegetabili cognitio: licet enim phoenicis dactyliferae, ficus etc. foetura veteribus ſatis cognita rerum naturalium ſtudioſos ad hoc naturae myſterium reuelandum inuitare debuiſſe videtur, certum tamen eſt, veteres veram claramque huius rei notitiam non habuiſſe. Antiqui botanices auctores, maxime Dioſcorides, vbi plantas maſculas a femineis diſtinguunt, fere ad ſtaturae ac fertilitatis diſcrimen aliaque ſigna cum fructificatione neutiquam coniuncta attendunt. Ita interdum accidit, vt planta, quae maſcula eſſet, feminea denominaretur. — Inſtauratis literis primus CAESALPINVS ſexus differentiam in plantis commemorauit. Monuit, plantas femineas fructus vberiores largiri, ſi prope maſculas plantentur; ab his enim *effluuium* accipere, quod earum fertilitatem multum augeat. Videtur adeo nonnulla experimenta inſtituiſſe: ſed cum paucas tantum ſpecies commemoret, dubitari poteſt, an ſic de omnibus plantis ſenſerit. — Poſt illum ADA-

MVS ZALUZIANSKY, Bohemus, exeunte ſeculo decimo ſexto (1592) a nonnullis fertur plantarum ſexus diſtinxiſſe. Suſpicatur tamen noſter, quae ille ſuper argumento ſcripſit, a CAESALPINO ſumta eſſe. — Clariſſimi illius inuenti, propagationem per diuerſos ſexus in regno vegetabili vuiuerſalem eſſe, polleneque antherarum virtute prolifica gaudere, honos Angliae debetur. THOMAS MILLINGTON vulgo dicitur primus huius inuenti auctor: an vere ſit, non immerito dubites. Forſitan maiori iure NEHEMIAE GREWIO inuenti grauiſſimi laudem tribuas. Id conſtat, GREWIVM rem cum ſocietate regia Londinensi die 6 Nouembr. 1676 communicaſſe. Haec de ſexu plantarum doctrina mox nacta eſt patronos viros clariſſimos, IOANNEM RAIVM ac RVD. IAC. CAMERARIVM, quorum hic etiam experimentis eam confirmauit. Poſtmodo plures idem argumentum vario ſucceſſu tractarunt. Mirum eſt, illuſtrem TOVRNEFORTIVM doctrinam de ſexu plantarum prorſus reiecisſe. Is ſequacem habuit IVLIVM PONTEDERAM, varia ſcientia clariſſimum. Recentiori aetate haec doctrinam acerrime oppugnauit ALSTON, doctiſſimus vir botanicesque profeſſor Edinburgenſis. Conflixit etiam SPALLANZANIVM in eius aduerſariis numeres: ſed illius experimenta facile apparet non ita comparata eſſe, vt, quod natura ſanxit, dubium reddere poſſint. — Noſter plantarum fructificationem a causa quadam mechanica repetendam cenſet: vim enim illam ſentiendi, quam nonnulli plantis tribuerunt, nondum eſſe certo demonſtratam. Quae tamen ſit rei ratio, definire non audet. Suſpicatur, fieri poſſe vt, vbi ſucci antherarum et ſtigmatum perfecte elaborati ſunt, aliqua inter eos attractio, forſitan naturae electricae, locum habeat. Haec hypotheſis videtur confirmari fulgore illo electrico, qui in floribus aliquot plantarum, vt tropaeoli maioris, calendulae officina-

officinalis, lilii bulbiferi, tagetis patulae et erectae, horis vespertinis apparet.

Cap. 26. Agitur hoc capite de THOMA WILLIS. (homine illiterato, sed qui plantas studiose colligendo rem herbariam Angliae non parum promouit), ROBERTO PLOTT et GEORGIO WHELER. — Infertus est catalogus auctorum, qui de historia naturali singulorum Angliae comitatuum monographias ediderunt. p. 347.

Cap. 27. Hoc loco de botanices in Scotia vicissitudinibus disseritur. Vetustissima huius scientiae in isto regno conditio fabularum tenebris inuoluta est. Circa annum 1471 vixit ALAN OGILBY, Scotus, historiae naturalis peritia celeber, qui sex libros de viribus herbarum scripsit. Exeunte seculo decimo sexto et ineunte decimo septimo vixit IACOBVS CARGILL, Aberdonensis, clarus botanices scientia, eiusque indefessus promotor, CASPARIS BAVHINI discipulus et amicus. Nihil tamen publici iuris fecit. — Omnino historiae naturalis studium in Scotia ante BALFOVRIORVM aetatem multum languuit. Scilicet circa annum 1680 demum Edinburgi hortus botanicus ac museum ANDREAE BALFOUR sumtibus fundata sunt: cuius viri, vti et IACOBI BALFOURII liberalitati historia naturalis plurima debet. — Eadem aetate floruit ROBERTVS SIBBALD, de Scotiae historia naturali praeclare meritus. — Praeterea notandi sunt IACOBVS SVTHERLAND, IACOBVS WALLACE, GEORGIVS PRESTON, CAROLVS ALSTON (acerrimus ille earus plantarum aduersarius *)), IOANNES HOPE. Vol. II. p. 1.

Cap. 28. Agitur de LEONARDO PLVKENETO, cuius patria adeo ignoratur, atque UVEDALIO. p. 18.

*) Vid. Essays and Observations, physical and literary. Read before a Society in Edinburgh, and published by them. Vol. I. pag. 205 ff.

p. 31. *Cap.* 29. Hoc loco noſter de IACOBI PETIVERI vita numeroſisque operibus diſſerit. Eſt illis auctoribus adnumerandus, qui primi demonſtrare conati ſunt, quod iam CAESALPINVS innuerat, plantas, quae generis ſocietate iungantur, etiam ſimiles facultates poſſidere.

p. 44. *Cap.* 30. Primum de conſuetudine generibus plantarum nomina cultorum fautorumque botanices imponendi diſſeritur. Primi inter Anglos PETIVERVS ac PLVKENETVS, PLVMIERI exemplum ſequentes nouis generibus nomina perſonarum indiderunt. Conſtat, PETIVERVM a LINNAEO ſeuere reprehenſum eſſe, quod iſtum honorem nonnullis non meritis tribuiſſet. Origo huius conſuetudinis vetuſtiſſima eſt; nam exempla eius in veteribus poëtis, hiſtoricis ac medicis reperiuntur. Aeuo medio monachorum religio varias plantas ſanctis calendarii conſecrauit. Habemus IOANNIS BAVHINI ſcriptionem anno 1591 euulgatam de plantis a diuis ſanctisue nomen habentibus. Inſtauratores botanices hanc conſuetudinem, ſed raro, ſecuti ſunt. Tandem ſyſtemate inuento characteribusque genericis conſtitutis, quod exeunte ſeculo ſuperiore contigit, haec botanicorum quaſi apotheoſis crebrius vſurpari coepit. Horum res placuit nonnullis antiquiorum botanicorum, quod huiusmodi nomina, quippe cum plantarum forma, natura, habituque neutiquam coniuncta, diſtinctam earum notionem non gignerent. Sed quam nullius momenti haec obiectio ſit, quilibet intelliget. — Magno Anglorum numero CAR. PLVMIERVS hunc honorem impertiit. Ideo noſter hoc capite etiam de PLVMIERO eiusque libris ſuccincte diſſerit.

p. 55. *Cap.* 31. Prodeunt hoc capite IOANNES BERSTER, GVILIELMVS VERNON, DAVIDES KREIG (Saxo), IACOBVS CVNNINGHAM, SAMVEL BROWN, ALEXANDER BROWN, ANDREAS GLENZ.

Ca

Cap. 32. *et* 33. Perſequitur noſter his duobus capitibus HANS SLOANI vitam, merita et opera. Aureae aetatis botanices decus fuit ſplendidiſſimum. Inde a tenera aetate ingenti trahebatur rerum naturalium ſtudio. Quantum hiſtoria naturalis, inprimis botanice, ei debeat, in vulgus notiſſimum eſt. Etiam medendi arte multum excelluit, corticis peruuiani et inoculationis variolarum ſtrenuus promotor. Vnguentum eius ophthalmicum etiam nunc celebratur. Vel ſolius muſei Britannici fundatione immortalitatem nominis adeptus eſt. p. 65.

Cap. 34. Agitur hoc loco primum de ſocietate regia Londinenſi, tum de variis Angliae hortis botanicis, inprimis de Chelſeiano. Obiter fit mentio annuae pharmacopoeorum Londinenſium excurſionis botanicae. Memorantur etiam ISAACVS RAND, IOSEPHVS MILLER, HENRICVS COMPTON, epiſcopus Londinenſis, SAMVEL DOODY. Poſtremus etſi nihil botanici argumenti ſcripſit, tamen ſuis in cryptogamica plantarum claſſe inuentis de re Anglorum herbaria optime meruit. Dillenius ſuae aetatis iure dicatur. p. 97.

Cap. 35. Hoc capite verba fiunt de EDVARDO LLHWYD, THOMA LAWSON, TANCREDO ROBINSON, MATTHIA DODSWORTH. p. 110.

Caput 36. SAMVELIS DALE vitam operaque complectitur. Eius pharmacologia ob ſynonymorum ampliſſimam recenſionem etiam nunc vſu ſuo non caret. p. 122.

Capite 37. prodit primum RICHARDVS BRADLEY, de agri hortorumque cultura ſcriptis ſuis bene meritus. Tum ſequitur PATRIC. BLAIR maxime tentaminibus ſuis botanicis nominis celebritatem nactus. p. 129.

Cap. 38. Agitur hic de fratribus GVILIELMO et IACOBO SHERARDIS. GVILIELMO Anglia DILLENIVM debet. Botanices profeſſionem Oxoniae fundavit, hac lege vt DILLENIVS primus profeſſor conſti- p. 141.

tueretur. IACOBVS nihil ſcripſit: bene tamen de Anglorum botanica meritus eſt.

p. 153. *Cap.* 39. *et* 40. Prodit hic IOANNES IACOBVS DILLENIVS, vir de omni re herbaria, inprimisque de plantis cryptogamicis, immortaliter meritus.

p. 185. *Cap.* 41. Agitur de RICHARDO RICHARDSONO, SAMVELE BREWER, THOMA HARRISON, THOMA COLE.

p. 193. *Cap.* 42. Hoc loco de iis diſputatur, qui de Hiberniae vegetabilibus aliquid litteris mandarunt, ſaltim de Hibernorum botanica bene meruerunt. Memorantur itaque GERARDVS BOATE, ZANCHE SINCLIARD, GVILIELMVS MOLYNEUX, THOMAS MOLYNEUX, illius frater, CALEB THRELKELD (qui diu ante HAENIVM lythri ſalicariae ad dyſenteriam ſanandam vires praedicauit,) IOANNES XEOGH, CAROLVS SMITH (monographiarum comitatuum Hibernicorum auctor). In aliorum quoque auctorum libris aliqua vegetabilium Hiberniae, ſed parca, mentio fit. Omnino parum adhuc res Hibernorum herbaria, etſi ſatis ampla, exculta fuit; vt ſpes ſit, botanicorum diligentium cura ad illam conuerſa plantarum cognitionem non parum promotum iri.

p. 205. *Cap.* 43. Agitur de IOANNE MARTYN. Cum ROLENIO ſocietatem botanicorum inſtituit, quae tamen anno 1726 ſoluta eſt. Cantabrigiae anno 1727. botanicen publice primus docuit. Maxime verſione et interpretatione Virgilii famam adeptus eſt. De re herbaria Anglorum praeclare meruit.

p. 219. *Cap.* 44. Diſputatur de MARCO CATESBY hiſtoria ſua naturali Carolinae, Floridae et inſularum Bahamenſium celeberrimo.

p. 231. *Cap.* 45. Sequitur iam GVILIELMVS HOVSTON. Exoticam botanicam in Anglia mire promouit. In India occidentali climatis impatiens 1733 mortuus eſt. Plantarum catalogum manuſcriptum reliquit nuper

nuper demum ab ill. BANKSIO editum. — Tum prodit IACOBVS DOUGLAS, monographus clariſſimus.

Cap. 46. Inter Angliae hortulanos plures exquiſita botanices ſcientia excelluerunt. Eminent inter hos FAIRCHILD, THOMAS KNOWLTON, IACOBVS GORDON, maximeque PHILIPPVS MILLER, lexico ſuo hortulanorum clariſſimus. p. 237.

Cap. 47. Agitur hic de ELISABETHA BLACKWELLIA. Vt maritum ſuum ob aes alienum carcere incluſum liberaret, ad plantas delineandas pingendasque conuerſa eſt, vnde collectio illa plantarum medicinalium coaluit, quae ab eruditis magno applauſu excepta fuit. — Tum noſter de CAROLO DURING, Saxone, ac IOANNE WILSON, ſutore, ſed rei herbariae admodum perito, diſſerit. p. 251.

Cap. 48. Sequuntur hic IOANNES BLACKSTONE, PETRVS COLLINSON, magnus botanices promotor, IACOBVS LOGAN, IOANNES MITCHELL, RICHARDVS WARNER. p. 270.

Cap. 49. Agitur hoc capite de GEORGIO DIONYSIO EHRET, Germano, peritiſſimo artifice. Inde ab anno 1740 in Anglia vixit. Syſtemati Linnaeano addictus ad eius in Angliam introductionem multum contulit. — Poſt de IOANNE HILLIO ſtrictim diſſeritur. p. 284.

Cap. 50. Diligenter noſter hic agit de GVILIELMO WATSONO, botanices Anglorum eximio promotore, ſyſtematis ſexualis fautore, qui etiam ſuis inuentis electricis magnam ſibi nominis famam peperit. p. 295.

Cap. 51. Idem argumentum continuatur. p. 319.

Cap. 52. Agmen claudit CAROLVS LINNAEVS. Conſtituerat vir immortalis, ſedem fortunarum ſuarum in Anglia figere. Vere anni 1736 Angliam inviſit a BOERHAAVIO Anglis eruditis diligenter commendatus. Sed parum benigne a SLOANO, botanicorum tunc temporis in Anglia maecenate, exceptus p. 341.

eſt. — Poſt annum huius ſeculi quinquageſimum tandem ſyſtema Linnaeanum in Anglia frequentari coepit. Non parum ad id contulerunt MARTYN, DILLENIVS, BLACKSTONE, BROWNE, STILLINGFLEET, LEE, SOLANDER, HILL, HVDSON, HOPE, alii.

Hac occaſione non poſſumus non alius libri a noſtro ante aliquot annos editi ob argumenti ſimilitudinem breuiter mentionem facere. Prodiit hoc titulo inſcriptus:

VI.

A general View of the Writings of LINNAEVS. By RICHARD PVLTENEY, M. D. et F. R. S. London. Printed for T. Payne, at the Mews-Gate; and B. Whithe, Fleet-Street. MDCCLXXXI. 8. pagg. 425.

i. e.

Recenſus generalis ſcriptorum LINNAEI. Auctore RICHARDO PVLTENEY, M. D. et R. S. S.

p. 1 – 220. Primo loco reperitur biographia LINNAEI, ex ipſis fere ſcriptis Linnaeanis aliisque libris deſumta. Inſertae ſunt huic biographiae ſuis locis relationes de ſcriptis Linnaeanis, quorum contenta diligenter enumerantur. Inprimis copioſus eſt noſter in ſyſtematis naturae vltima editione recenſenda, cuius contenta fuſe perſequitur. Succedit accurata recenſio generum morborum a LINNAEO conſtitutorum.

p. 60 – 166.

p. 166. – 200.

p. 221. – 373. Biographiam excipit ampliſſima enumeratio eorum, quae in amoenitatibus academicis continentur.

p. 374. – 383. Poſtremo leguntur noſtri obſeruationes, quibus ſcientiae botanices vtilitas reſpectu agriculturae ac pabuli beſtiarum demonſtratur.

p. 384. – 409. Accedit verſio anglica Panos Sueci Linnaeani plantis Angliae accommodata vna cum auctorum et iconum plantarum citationibus.

Recen-

Recenſus hic ſcriptorum Linnaeanorum apprime vtilis eſt cum tironibus ad rerum plurimarum cognitionem exiguo labore ſibi parandam, tum proiectioribus ad ea, quae olim didicerunt, in memoriam reuocanda, denique omnibus hiſtoriae naturalis cultoribus ad infinita LINNAEI merita vno intuitu complectenda.

VII.

Anmaerkninger og Opliſninger til M. Porcius Cato de re ruſtica, indrettede efter den Geſnerſke Udgave. Med Strelitziae Reginae Beſkrivelſe, ſom met Anhang. Af CHRISTEN FRIIS ROTTBÖLL, Prof. med. ved Kiöbenhavns Univerſitet.

i. e.

Obſeruationes et illuſtrationes in M. Porcium Catonem de R. R. ad Edit. Geſner. accommodatae, quibus Strelitziae reginae deſcriptio appendicis loco adiecta eſt a CHRIST. FRID. ROTTBÖLL, Prof. med.

Cl. Auct. huius commentarii in obſcurum rei ruſticae ſcriptorem eruditi illum *Nouae collectioni ſcriptorum Reg. ſoc. et ſcient. Danicae* (P. IV. Faſc. 2.) deſtinauit: triginta vero eius exemplaria, ſeorſim excuſa, non vendita, ſed amicis dono oblata ſunt. Laetamur magnopere, quod et tale exemplar ad nos peruenerit, cum multa eo contineantur, quae ad rectius explicandum Catonem apprime faciant. Ne cupidi iudicaſſe videamur, liceat inde exempla quaedam depromere, quibus iudicio a nobis lato robur ac fidem conciliatum iri confidimus.

Pag. 2. (230.) Editiones, quibus Cl. auctoris nituntur commentaria, indicantur atque repertorium ſiue index in rei ruſticae ſcriptores anno 1505 manu

ſatis

ſatis eleganti Georgii Dotterman Meiningenſis ex aratus deſcribitur, in quo loca 6200 circiter ſine explicatione praemonſtrantur. Editio Tigurenſis 1528. 8. parum hucuſque nota recenſetur, lapſusque Ed. Bipontinae in relatione huius aeque ac primae I. 1515 commiſſi corriguntur.

Pag. 3. (231.) Alius Bipontini indicis circa editionem Aldinam 1513. error emendatur monſtrando: 1) M. Leonis X priuilegium 1513. 28 Nouembris datum vix permittere, vt credamus, librum ante anni ſequentis principium e prelo exiiſſe. 2) Freitagium contraria eis dixiſſe, quae ipſi imputarunt huius catalogi confectores.

Pag. 4. (232.) 1) Differentias ſatis notabiles inter Aldinam 1. 1514, et 2. 1533. eſſe. 2) Geſnerum ed. 1533. conſuluiſſe monſtrat, quo factum eſt, vt vir critico magnam partem careant operoſe collectae variae lectiones, cum IInae 1515 omnes fere mutationes et emendationes, quae Aldinae 1514 debentur, adſcribant.

Pag. 5 – 8. (233 – 236.) Auctoris a Victorio et Genero diſſenſus et ad antiquiores libros regreſſus earum editionum his in locis excuſatur praeſtantia. Incertum varietate lectionis plurimis in locis, in aliis manifeſte corruptum vetuſtiſſimi ſcriptoris contextum, ipſamque materiam editoribus et commentatoribus parum familiarem, vt largius ſpicilegium, ſic et maiorem aliquid in contextum audendi veniam ſibi conceſſura ſperauit, Morgagnii modeſtiſſimi in Vegetium reſtituendum exemplo, et Schvartzii, Pontederae atque Vrſini in his, magnorum hominum in aliis ſcriptoribus claſſicis maioribus auſis fultus.

Cap. IV. *P. diſtare* a Catone ſcriptum pro palmo diſtare, lectumque pro: *pede* a ſcribis eſſe autumauit, cum diſtantia pedis, vt boues pabulum eiicerent, quod cautum voluit Cato, permiſiſſet.

Pag.

Pag. 10-12. (238-240.) Capite V. experimentis efficiendum eſſe, num noſtris in praediis detur terra carioſa; eiusne indoles Plinii vel Columellae deſcriptioni conueniat, vt et quibus artibus ad fructus ferendos cogi poſſit, prolixe diſputatur.

Pag. 12. (240.) Cap. VI. Muſcus *ruber* vel, vt primae editiones habent: *tuber* planta procul dubio eſt, quam tremellam purpuream vel Lycoperdon varioloſum vocauit LINNAEVS. conf. DILLENIVM loc. cit.

Pag. 12. 13. (240. 241.) Locus *humectus* eſt in Victorii ed.; in primis editionibus: locus *iunctus*; in Aldina familia minus bene: *iunctus et humectus*. Vocem *iunceus* vel *iuncetus* vitioſe ſcriptam *iunctus* in archetypo fuiſſe, hancque verbo *humectus* a Varrone expreſſam ſequentes editores ei non intellectae ſubſtituiſſe putauit R.

Pag. 13. (241.) *Conuenit arundinetum.... tempus habet* minime cum Vrſino eiiciendum eſt. Varro enim aliis verbis: *aptam vtrique eandem culturam*, quae apud Catonem deſiderantur, eandem rem expreſſit. Vmbram *per tempus* habet, indicat arundines citius vel latius comas ferentes tenellis corrudis vmbram praeſtare. *Stabilia* mala bona ROTTBÖLLIO videtur lectio, cui ſubſtitutum voluerunt multi: *pabulum malorum*, gloſſema ſcilicet ad lotium et ſtercus ſuillum margini, vt putat, a docto homine adſcriptum.

Pag. 14. (242.) Aut *domum* vel *domui* opus ſient. Collata haec cum initio 7mi cap. Auct. Cl. induxerunt, vt Catonem ad *domini* opus ſcripſiſſe crederet, forte ita: Vti ad *domini* opus ſient *et vti* venire poſſint.

Pag. 15. (243.) Cap. XI. Bonnetrie, qui tectoria de cruſta calcarea vel marmorea explicauit, corrigitur; infra Meurſius eumque ſequentes, qui iugum vinarium eiectum voluerunt, quia Varro 1-19-3 id non habet, cum tamen inter inſtrumenta hic deſcripta

ſcripta ſemiuocalia, ad quae non pertinebat, recenſen
non potuerit hoc mutorum vnum, de quibus poſte
eiusd. lib. cap. 22. obiter egit. Aſinorum ceruice neceſ
ſario non indiguit i. v. cum ſeruorum imponi potu
rit. Difficultatem Meurſii non tollit ei ſubſtitutum
a Geſnero i. molarium aeque a Varrone praeter
miſſum.

Pag. 16. (244.) Claues cum cloſtris *in* cellas duas
cap. XIII. 3. primarum editionum commodiorem de
ſenſum, quam numerus III particulae *in* ſubſtitutae
ab Aldo. In torculari ſi olim habuit Cato cellas duas,
par inſtrumentorum ac vtenſilium numerus vni
alteri erat neceſſarius, quare numerus ſingularis: *cel*
lam oleariam plurali *cellas duas* non repugnat; forte
etiam duo cloſtra totidemque claues quaſi ad duas
cellas parari voluerit, ne, vnis horum corruptis re
deperditis, cella patere: furibus.

Cap. XIV. Pro: *vti* mauult R. legere: *vbi* quiſitum
ob locum infra explicandum. Luminaria VI. *paululam*
lata primarum editionum placent prae: paululam pi
lam, cum 16 hominum familia (cap. XI.) praeter do
minas ad frangendum in cibaria triticum latam potius
et amplam, quam paululam pilam exigerent; rurali
contra villae luminaria anguſtiora ſufficerent.

Pag. 17. (245.) *Herus* et *domui* non ſine ratione
ROTTB. videntur in: *huius* et *dominus* a Victorio mutata
poſſe; at eius *hae* rei nec Priſciani a Geſnero allati,
nec vllum probati ſcriptoris exemplum tueri potest.
Meurſius igitur bene hunc locum ruminatus mini
meque ignarus flexionum antiquis in vſu: eae, illae,
ipſae, non ſine graui ratione *hae* prioris edit. in altera
a. 1620 in *eae* rei mutauit; forte vel *huius* ſolummo
do, vel *hi*, i. e. *huic* rei fuit in autographo. — Mutato
ſic loco, ſi inter vncos, vt a ROTTB. Cl. pag. 18 factum
eſt, includitur comma (*ſuccidet d. l. s. m. s. conducto*)
multum Victorianae praeſtat Aldina lectio; voce; habet
ſic

ſic carere poſſumus, conductorique aeque ac domino partes aſſignantur perſonis eorum conuenientes. Geſneri tamen Victoriani textus correctioni ſubſtituitur alia ad finem pag. 18. minus, ni fallimur, a recepta lectione recedens, vbi: *per* ſcriptum: p. excidiſſe iuxta per ī ſcriptum a ſcriba in numerum I mutatum aliudque I poſt lineam additum, *facietque* loco mutatum eſſe coniicitur; vti priores mutationes ab ignaro ſcriba in deſcribendo vetuſtum et male ſcriptum codicem facile committi poſſent, ita poſteriorem ſaepius locum habuiſſe in Catone exemplis pag. 19 monſtratur.

Pag. 19. (247.) Cap. XIV. v. 4. „In tegulas ſingulas II numerabuntur," lectionem Victorianam parum ad antiquas editiones mutauit Cl. R. N. II. de menſura tegularum bipedali, non de pretio intellexit, ſequentem numerum, S, earum pretium interpretatus.

Pag. 20. (248.) Cap. XIV. v. 4, 5. Geſneri coniecturis praefertur Popmae interpretatio. Antiquiſſimarum editionum, ex *ſigno inani* pretium, explanatio tentatur coniectura: normam ſc. operis fuiſſe delineationem ſolius circuitus rudem rubrica vel carbone in tabula factam vacua relicta interiore area, vt in figuris a LINNAEO dictis *fundamentalibus*. Probabilem ſatis Victorii in manipretium correctionem criticorum calculo firmatam non quidem reiicit R., putat tamen ſcriptorum multo Catone iuniorum auctoritate non plane confici, hoc vocabulum aeuo Catonis in vſu fuiſſe, ipſum ſaltem Catonem ſupra, vbi locus ei eſſet maxime conueniens, pretium huic operi, non manipretium dixiſſe.

Villa lapide caementis etc. parietes villae communiter e lapidibus crudis, et apud opulentiores ex calce et caementis, additis e lapide angulato pilis, exſtructos eſſe credibile videtur, vnde patet ratio cur: *vti* iuſſitur, in: *vbi* iuſſitur, mutatum cupit R., reliquarum

quarum partium aedis aedificandae rationem hic et lic eandem fuiſſe indicant verba: *caetera lex* etc.

Pag. 49. (249.) *Peſtilenti* vbi. Cum loca inſalubria bene multa caeſione arborum, exſiccatione fodi, verſione glebarum venenatam perdant indolem, quod Varroni lib. 1. 3. 4. notum fuit, dubiis Geſneri ad hanc vocem, oppoſitae *ſalubri* conuenientiſſimae, facile occurritur.

Maceria ex *calce*. Locus hic et alter Varronis lib. 1. 14. 4. e coctilibus lateribus maceries exſtruſſe dicens explicationi Geſneri in maiori Lexico: *maceries in muri formam. . . . ſine calce aut alio genere ſeruminis* non fauet. cf. Cap. XIV.

Longam p. XIV. non ſine ratione in dubium vocatur a Bonnetrie; muro enim altitudo et craſſitudo in genere praeſcribi poteſt, vix longitudo, quae ad amplitudine et extenſione includendae areae pendet.

Sublimet, cui primae fauent editiones prae: ſublinat, eligit Cl. R.

Pag. 22. (250.) *Libellis in P. . . . vic.* cum Bonnetrie de producto lineae ped. V. in ped. XX. C, vt ante p. X in X. intelligit R. Forte Cato ſcripſerit: et ad id opus (quod opus eſt) praebeat: calcis in p. ſingulas etc. Quantae heic tenebrae.

Ad Cap. XVII. Victorianae multum praeſtat priorum editionum lectio, qua reſtituta et parum, vt ad finem paginae factum eſt, mutata interpunctione obſcuritatis, cuius hic locus a Geſnero in mai. Lex. accuſatur, abſoluitur; infelici mutatione 18: *tum per ſementim* in: *per ſementim* factum credit Auct., vt non percepe-rint editores et commentatores maturitatem per ſemen maturitati per materiem a Catone, qui occaſione poſterioris de priore ſimul praecepit, hic eius oppoſitam; cur alias principium et durationem temporis, quo maturabantur praecedentis anni ſemina? cur hornotinorum cruditatem nos doceret? quorum neutrum

eutrum non minimum ad materiam, quam quouis nno maturam eſſe dixerat, habebat momentum, ma-imum e contra ad arboris per ſemen propagationem, e matula cotulis exciderent, legerentur immatura omina. Cum teſte Columella Lib. V. b. 2. duas vlmi pecies cognouerint Romani, editionum primarum lius v. *vlmis vtraque* lectio ieiuna: *V. item.m* recen-iorum multum, ni fallimur, praeſtat.

Pag. 24. (251.) Cap. XIX. Bonnetrium tertios pe-ium *XV.* ad rationem reliquorum numerorum arith-meticam recte in *XIV.* mutaſſe credidit Cl. R. Confe-ndo, quae cap. XX. de miliario et XXI. de cupa dixit Cato, num vnum idemque fuerint, dubitatur. cf. Geſn. d. 1. p. 1194. et thes. Cap. XXIII. *Bennae v. menae* t rem ipſi Catoni notam cap. LXXXIIX. praefert R. Mirum quod hic contra morem a codice ſuo diſceſ-erit Victorius.

Pag. 25. (253) *Sicque facito ſtudeas.* cap. XXV. arum feliciter, dudum monente Meurſio, in: *ſuisque facito* mutauit Victorius. Leuiſſima poſtremae litterae mutatione in: *ſtudeat* ratio Catoniani praecepti ap-paret, vtpote quo familiam ad diligentem et circum-ſpectam maturarum vuarum, relictis, quae nondum ſole ſatis eſſent coctae, collectionem maxime inci-tari praeuidit. Lauito *paululum* contra primarum editionum feliciter mutatum credidit R. in: *paula-tim*, cum paulatim parari potuerit hoc vinum, paula-tim a familia per totum annum bibendum, et non paululum, ſed multum aquae popoſcerit boſca per tantum tempus vſui familiae deſtinata.

Pag. 26. 27. (254. 255.) cap. XXVII. Oleas per *ſementim* ſerito. Significationem ſementis, qua tem-pus tam ab ipſo Catone, quam a reliquis r. r. ſcripto-ribus definiri, particulatimque 46 dierum ſpatium, quod occupabat prima, media et vltima ſemen-tis, ita partitus eſt R., vt prima ſ. in finem Octo-

bris et initium Nouembris, media in Nou. media vltima in poſtremam huius partem et Decembris primam inciderit. Sationis hoc tempus ſementis per excellentiam, quod tum maximi aeſtimata frumentorum genera: far, triticum ſerebantur, a romanis agricolis dictum fuiſſe credidit R.; laxitatem tamen aliquam hoc in computo concedent terrae indoles tempeſtates aeris, dominique ingenium, neceſſe eſt.

Pag. 28. (256.) Vmbram a ſulcis remoueto. Rationes dubitandi de voce: *vmbram*, conſenſu codicum et Plinii auctoritate firmatam, ſunt 1) quod ſolum hoc a vinea dudum fuit occupatum arboribusque hanc ob cauſam viduum et ſoli oppoſitum. Cat. VI. 4. Colum. III. 13–16. 2) Quod in vinea calua nec ipſarum vitium vmbra erat metuenda. 3) Quod vmbra, quae nouellis ſeminibus eſt proficua, nec iunioribus, nec adultis vitibus, vt vitis arbuſtiua docet, noxas adferat audax fortaſſe nimis coniectura eſt ROTTB., Catonem imbrem ſcripſiſſe, firmata tamen 1) pluuia temporum anni, quibus vitis ſerebatur, tempeſtate. 2) Collatione huius loci cum cap. XLIII. XXVII. CLV. 3) Relatione meliore ſulci cum imbre, quam cum vmbra, adde, quod Plinii a primis editoribus correctio ad loca ſcriptorum ab ipſo laudata minuat argumenti vim ex eius cum iis conſenſu.

Pag. 29. (257.) *Rapinam* et *coles rapicii*. Quod rapina non hic et alibi ſignificet ſolum, cui inſeritur ſemina, ſed ipſa ſemina, docent 1) adiuncta rapinum, pabulum, lupinum. 2) Conſtructionis natura, qua ſerere ſemina recte, minime vero ſerere agrum dicitur. 3) Abſurdus alias huius commatis ſenſus, qui vnam terram alteri inſerendam iuberet. 4) Explicatio huius vocis in Iuntina prima 1515: *Napina et rapina pro ſementi naporum et raporum.* Napina rapina porrina ſic pro adiectiuis haberi poſſunt, ſubintellectis ſubſtantiuis, ſementi, ſemine, rarius, ſi vi-

quam,

am, ſolo, terra, cui inſeruntur napi, rapae, porrum. *les rapicii* ſunt braſſica gongylades. C. Bauh. Pi-. Tenuiſſe hoc olus terras boreales a Romanis te-ur truncatum et deformatum, quo adhuc appella- Danis, nomen: *Kaal-Rabi.*

Pag. 30. (258.) Si terram carioſam tractes. Suſ-ſus locus. Si a contradictione liberabitur Cato, uendum credo ipſum hic praecepiſſe, quomodo ram carioſam tractaret paterfamilias, non, vt fru-m primis annis, ſed poſt ſeriores haberet; cau-n ſcilicet voluit, ne cicer ei inſereretur, qui noxas nouo afferret, operamque in eam locatam fru-retur.

Pag. 31. (259.) Lupinum, faba vicia; haec cum hartzio Geſn. ed. I. pag. 1030, II. Tom. 2. pag. o eiicienda putat R. *Altam vluamque.* Dubia circa c: *altam*, quod Plinii *auctam* contextui intulit, in-nia commentatorum torſerunt, aliis, *mactam*, s *altam* legentibus. Niſi nota marginalis fuerit, *caltham*, vel *algam*, quarum vtraque antiquis nota t, melius in hunc locum quadrare credit Noſter.

Pag. 32. (260.) Quos *pridie* in tecto poſueras, as dolato. Cl. Auct. *pridem* contra omnium libro-n auctoritatem ſcriptum credit; cum vna hiemis x nunquam exſiccaret humidos et rorulentos pa-. cf. cap. XXXI, 2. Facto *fortax*. Vocem *fortax*, cuius ſenſu interpretes in diuerſa abierunt, nihili e putat, loco *vorticis* vel mala pronunciatione di-tandis librarii ſcriptam, vel malo lectam pro *furnus*, enim fornaci calcariae ſuppoſitus et ex ROTTBÖL-I et Dickſoni opinione, vel vertici foraminulato, l clatrato operculo ab ipſa fornace calcaria ſe-uſus inferiorem eius regionem ſumma ſui parte biebat.

Pag. 34. (262.) *Verificca* alligato. Vexatiſſimo ic loco medelam inueniſſe ſibi videtur R., ſubſti-

tuendo *viticina*, materiam ſc. notae in Italia arb[ore] *viticis*, vſui, quem voluit Cato, aptiſſimam, quod [ea] firmant obſeru. Niclas ad Geopon. a R. laudatae.

Pag. 35. (263.) *Lingua bubula* obtegito. Co[ntra] Gronouium omniumque eum vel libere ſequent[es] vel inuite deſerentium rationes, indumenti herbac[ei] valentiam ad Catonis propoſitum vrgentes, Cl. no[ſtro] BÖLLIO fidem faciunt, Catonem *herbam* buglo ſſam, [quae] *bouis corium* intellexiſſe, ipſa eius verba ad finem [cap.] XXVIII. obſerua bene ſuperinducta foliis herbae B. [ſ]e ſtramenta.

Pag. 36. (264.) Dubia, quae Geſnerus Ed. I, [p.] 3 et II. pag. 2, 3. contra contenta in libris hodi[e] Catonis ex Plinii allatis verbis mouet, facile dilu[it] monſtrando: ipſum Plinium lib. XVII. cap. 15. [non] ſolum adduxiſſe hunc Catonis locum, ſed et cap. [XV] ſequentem de emplaſtratione Graecis etiam ant[e] nis noſtri tempora nota horticulturae particula.

Pag. 36. 37. (264. 265.) Beneque *glutus* fiet. [Gl.] Catonis in Plinii contextum receptum audet Cl. [R.] iicere errore male audientis vel legentis pro *p[ul]* vel *cultus* natum eſſe. *Oculos* ferito; forte: *in[ſi]* cuius *in* excidit, ſcripſerit, vel, quod R. verſi[mile] videtur, vocem ſerito de emplaſtratione cap. XLI. [in]tellexerit. Ingenioſa alias Pontederae oculos in oc[u]los mutatio eſt.

Harundinetum ſic ſerito. A cenſura Geſneri [fa]lime vindicatur Cato cogitando: ipſum exceptio[nem] hoc loco ſolummodo qua harundines feciſſe a reg[ione] diſtantiae nuper allata, et poſtea vitis plantatio[nem] et culturam oleae, non harundini ſimilem voluiſſe.

Si pecus paſcatur. Difficultate caret, iubet [enim] hic planiſſime Cato vitem teneram transferendam [ex] e ſeminariis, priusquam ibi immittitur pecus. Ad[di]bium vbi hic, vt alibi non locum, ſed tempus vel [ae]nem indigitat.

Pag.

Pag. 39. (267.) Catonis contextus in cap. XLVIII huc facilius a ſuſpicione liberatur, qua a Geſnero neratur ob Gellii locum Lib. III. cap. 14. cum hunc cap. CLI. Catonis, non ad hoc XLVIII pertinere collatione vtriusque appareat; nec fortius eſt ar-mentum Pontederae, cum Cato hoc capite ſuam, pite vero CLI. M. Porcii Nolani ſerendi cupreſſos tionem proponat, quare, vti mirum non eſt aliquam ſe diſcrepantiam, ita rationi foret contrarium, hunc eum additamentis et mutationibus ex illo petitis erare. *Niſi* tanquam *alium* ſerito. Aldina familia bet: tanquam allium ſerito, quae cum ſequentibus m retinentibus *niſi* eiicit; ſed cum de allii ſatione n egerit Cato, et intelligi non poterit, cur potius huius oleris, quam cuiusuis alius exemplum cupreſ-m ſeri voluerit, Aldinam mutationem haud probat R., neſcius praeterea alicuius exempli apud ſſicos alium pro aliud habentis; retinendum igitur tat R. *niſi* mutandumque *alium* in *taleam*, cum et itium capitis habeat: ſuum quodque genus talea-m ſerito, et Varronis locus lib. I. 41. 10 huic mu-tioni faueat.

Pag. 40. (268.) Qualum incidito ex vna parte rpetuum; ſic Iuntina et Victorius, cuius Mſſ. ſigni-auit hic vitium eſſe. Cum editiones ante Victo-um non habeant *perpetuum* (quod etiam per in-riam in libello hoc excidit) ſed *prope imum*, autu-o ſcriptum fuiſſe ex *ima parte perpetuum*, quod na-rae rei conuenit et indicatum hic errorem optime mendat.

Granadui videto. Subſtituit R. *granario*, alii mutarunt generatim. Pontedera Italicam vocis pabuli ex-licationem credidit.

Pag. 40. 43. (268 – 271.) Monuit R. quaedam de re-mediis ad pecoris morbos cap. LXX. Micas tres ſalis el minas tres ſalis, vel cryſtallos ſalis gemmae autu-

 mauit

mauit R. Folia lauri et rutae tria de ramis foliis omnibus; plantas ſabinae et vitis albae de iunioribus et ſeminibus enatis plantis intellexit R. Fibras porri, radiculas non folia credidit, Columellae non minus, quam Pontederae fultus teſtimonio, quorum prior non ſatiendas voluit plantas hordei iuniores, antequam fibras quinque i. e. totidem radiculis ita glebae inhaererent, vt euerſioni reſiſterent.

Pro: *ieiunus* ſiet, qui dabit, legendum duxit R., *ieiunus ieiunis* ſiet, qui dabit, cum vox ieiunis forte pro ieiunus lecta, vt repetitio inanis, ab ignaris ſcribis ejecta ſit; nimis ſane ſtulte egiſſet Cato atque contra capitis ſequentis praeceptum *ieiunus ieiuno* veri dato, ſi miniſtro ſolummodo porrigenti, non boui aegroto pharmacum deglutituro imperaſſet ieiunium.

Sublimiter legi vel iuxta Schoetgenii coniecturam: ſubtiliter legi, vel explicari de decerptione ſublimi, ſuſpenſa manu facta, debet; ſublimiter enim ſtanti herbas decerpere humiles, radicesque eruere haud factu facile foret. Sublimiter ſtarent homo et bos non ob magicam quandam vim, ſed quia commodiſſime hoc ſitu propinari potuit medicina.

Cap. LXXI. Ad id vaſe ligneo terito. Variantibus Geſneri lectionibus aliae a R. repertae additae ſunt.

Pag. 40–45. (271–273.) Inter tenue et caſei in v. 2. Cap. LXXVII. punctum poſitum, quod factum etiam eſt in expoſitione germanica Cl. Groſſe. Tracta in duplici vel triplici ſtrato intercedente malagmate caſei farinoſo poſita fuiſſe cum commentatoribus et interpretibus quibusdam, refragante licet Geſnero, eo magis eſt R. perſuaſus, quo faciliorem reddit deſperatiſſimi loci mox occurrentis explicationem.

Pag. 45. (273.) Pro *panno* oleo *vncto* legendum putat R.: *penna* oleo *vncta*, 1) quia altera et ſordida nimis erat et caeteris Catonis praeceptis non conue-

niens

niens procedendi ratio. 2) Quia si pannum voluisset Cato, hunc oleo verius imbutum, quam vnctum dixisset. 3) Quia haec encheiresis, quae in Dania et Germania adhuc in vsu est, Romanis eo tempore nota probabiliter haberi potest.

Deue primo temperatoque. Corruptionem textus hic omnes fatentur, corrigendo in diuersa abeunt. ROTTB. Cl. vel *inde igne primum* temperatoque, vel igne parum temperato diuinauit.

Pag. 45, 46. (273, 274.) *Simplicibus* componito bene arcte. Nodus hic cunctis commentatoribus indissolubilis facile sic interpretando resoluitur: vt vna et simplex in hac spira modo esset tractorum series, cum in placenta duplex vel triplex esset facta e tractis, quorum vnum alteri imponebatur.

Cap. LXXX. *Honestum* quasi spiram. Praetulit R. Aldinam lectionem: *hoc in restim* quasi spiram facito, vt formae tractorum et simplici Catonis stylo magis conuenientem. *Praestato* hic R. videtur idem significare posse ac *coctos eximito* praecedentis capitis, si mutandum foret, Idem legeret: *prensato. Coloratoque*: cum simplicitate seculi, vitae rusticae et scribentis viri minus conuenit hic fucus, cuius nec species nec ratio, cur huic ferculo prae reliquis indueretur, explicatur; credit R. *coloratoque* hic lectum fuisse pro collocatoque.

Cap. LXXXIX. Nec plus aqua *fita fiet horam vnam.* Si lectio Victorii retinenda est, *fita fiet* aliter ac Gesnerus voluit, exponendum erit, sic scilicet, vt habeatur *fita* participium verbi sino, significans *permissa* fiet; dubium tamen incidit, num Cato scripserit *horam* I, verosimilius videtur scripsisse *coram*, natumque esse horam I a scriptura coram, in qua c pro accentu ad coram habitum et linea superflua litterae vltimae m in I mutata est; firmatur haec coniectura hoc sequentis §. praecepto: ex ore in os eius inflato

item aquam. Voluit ſcilicet palumbibus aquam ex ordandam, gallinis ſolum praeponendam, vt ad arbitrium ipſae biberent: ſic concinnior erit ſenſus breuiusque Catonis more praeceptum inutilem faciens meditationem, cur praeciſe horam 1 imperauerit.

Pag. 48. (276.) Melanthium cap. CII ad Smyrnium olus atrum Linnaei refertur. Cap. CVI. *gallinae coctum*. Vocem: gallinaceum male pictam forte peperiſſe: gallinae coctum, et cap. CVIII. polentam *grandem* pro *quantum* ſcriptum fuiſſe coniecturae ſunt, quas nemini obtrudit Cel. R.

Cap. CXII. quo aqua dulcis non perueniet, transfer poſt: ſumito. cf. cap. CVII.

Pag. 49. (277.) Serta ſchoenus et palma, quae habent vnguentarii, explicantur.

In culleum componito et conſtipato. Alii habent: culeum. Pol. cuneum; mutando vel cum Geſnero in: cellam, vel in: cauam, vel: caulam, difficultates, quas recte indicat Geſnerus, euitantur.

Cap. CXXVII. Vini ſextarium origaniti. Vetuſtiſſimae editiones habent: origanum, Aldina addit praedicti; ob hanc diuerſitatem ſilentiumque Catonis de modo praeparandi hoc vinum origanitum verbum *origanum* vel *origaniti* ad mel referre R. propoſuit, praeſcriptum Catonis de melle vel ipſo origano temperato, vel eius virtute imbuto intelligens.

Antiquiſſimarum editionum *in* triobolum et Pontederae mutatio *vini* in: *viro* eo R. induxerunt, vt verba Catonis ſic ſcripta conciperet: dato iuueni a puero pro aetate in triobolum et viro heminam, qua mutatione doſi minima triobolum, et maxima hemina indicatis, intermediae pro aetate facile inuenirentur. Nec offendere poteſt vocis *ieiuno* in: *iuueni* mutatio, cum: incoenatum iube eſſe hic, vt cap. CLVI. faciat, vt voce ieiuno carere poſſimus. Mutatione hac multis obuiam itur difficultatibus: 1) cur parciſſimus Cato

ſexta-

ſextarium vini praeceperit conficiendum, ſi triobolum tantum deuoraret aegrotus. 2) Cur eadem, trioboli ſe portio indifferenter exhiberetur maximae minimaeque aetatis pueris. 3) Cur pro aetate exhibendum iuſſerit pharmacum pari doſi omni aetati indifferenter porrigendum. 4) Cur, ſi voluiſſet dari ſolummodo puero, non potius ieiuno puero, quam ieiuno et puero ſcripſerit. Similis conſtructionis exempla etiam habet noſter cap. CLVII. 5. et puero et puellae. CLVI. 6. ad eundem modum viro, mulieri et puero dato. Adde his, ſi placet 1) Catonem non dixiſſe hoc vinum ſolis praeſcriptum fuiſſe pueris, ſimilem contra ad taenias et lumbricos medicinam indifferenter cuiuis aetati ſuauiſſe: cf. cap. CXXVI. nec 2) experientiae reſpondere Geſneri axioma: ſolos pueros verminoſa infeſtari familia, cum infantes aſcaridibus, pueros lumbricis, prouectioris aetatis homines maxime taeniis olim vexatos fuiſſe, vt noſtris adhuc temporibus vexantur, credibile ſit.

Pag. 52. (280.) Cap. CXXXIV. Priusquam *hasce* froges *condantur*. Pariſ. editio 1533 ante Popmam habet: *condant*, alii: *condas*, *condat*. Catonem *conditum* ſatur ſcripſiſſe R. ſuſpicatur, quae binae voces per compendium ſcriptae ab imperitis ſcribis poſtea fuerunt in vnam contractae.

Iano, Ioui, *Iunoni*. Imperitum quendam *Iuno* pro Iano ſcripſiſſe, varietatem hanc in marginem codicis ſui ſcripſiſſe alterum, contextui intuliſſe tertium, vnde forſan poſtea importuna haec vox in exemplaria noſtra irrepſerit, potius credit Cl. R., quam cum Meurſio Catonem Iano cognomen Iunonium addidiſſe. *Praefato*, niſi exciderit *r*, Catonem praefato, vt actiuo verbo in modum vtito vſum fuiſſe credibile.

Pag. 53. 54. (281. 282.) Iano ſtruem commoueto. Conferendo bina loca Feſti, alterum, quo Ianualia libi genus eſſe Iano dicata, alterum, quo ſtruem e ge-

nere liborum esse etc. docuit, cum hoc Catonis et sequentis cap. CXLI. v. 4. ita rem explicat R.: cum plum Ianualia in struem siue aceruum composita et perpeniculam e virga ramosa lignosae plantae excisis ramis mediis effictam, ne dilaberentur, coercita fuerint, appellatione struis intelligenda sunt ipsa, quibus constabat, ianualia, vt pecunia inclusa, cum Imperator Turcarum praefectum quendam tot, vel tot burs donasse scribitur.

Pag. 54. (282.) Pontederae mutatio *vomeris inutilis* in: *inde vtilis;* et Bonnetrii *labra crassa digitus* in: *digitos* v. non displicet.

Pag. 55. (283.) Difficultates, quas experti sunt Gesnerus et Dickson in lucro conuenienti partiario constituendo, vt et haec Catonis verba: *si commuter pisunt*, Cl. R. commouerunt, vt desereret illorum explicandi rationem, loco de pretio frangendi ipsum frumentum, non glebam intellecto. Sequens caput ab hoc separatum de lucro partiarii intelligitur.

Pag. 56. (284.) *Praefamino.* Manem fuisse flaminem Martis putauit R. et ex Praeflamine factum paradoxum illud: praefamino, quod a tempore vid. Festi vel P. Diaconi in contextu fuit. Praecedens *li vino* vel caruit verbo, vt plures alii Catonis periodi, vel id excidit, vel fortasse eiectum est ab iis, qui hoc superfluum putarunt, retento altero magis venerabili: praefamino. Argumenta pro hoc imperatiuo singulari: praefamino a Plauto, Butgersio et Vossio petita examinantur, reiiciturque sententia Vossii ab imperatiuo singularis in mino, secundam imperatiui pluralis in mini deriuantis. Mutatio haec vtut leuis, tamen reliquis consona est, cumque eo coniuncta commodo, vt retinere possimus sequens: dicito, quod alias eiici voluit Turnebius.

Pag. 57-60. (285-288.) Prohibessis, seruassis etc. non pro futuris exactis antiquis loco: prohibueris,

ris, ſeruaueris, ſed pro praeſentibus coniunctiui modi, vel futuris periphraſticis loco: prohibens ſis vel prohibiturus ſis credit Cel. R. Inde diſputatur 1) vtrum coniunctiui, an indicatiui modi ſint futura in: ro: prius contra recentiores, ob periodorum, quibus continetur, poſſibilem, credibilem vel optabilem, minimeque certam et ſimplicem conditionem, vt et ob particulas ſemper hunc modum requirentes ſcriptorum exemplis euincitur. 2) Num ſemper hoc tempus in: ro futurum exactum vel perfecto-futurum ſit, quod exemplis variis a Cicerone ex. gr. „ſatis te maturum videro, ſi plane confirmatum videro" etc. impugnatur. 3) An crediderim, putauerim, dixerit etc. ſint perfecta loco praeſentis coniunctiui poſita, dubitatur, quia in quibusdam locis pro perfectis, in aliis pro futuris contingentibus coniunctiui modi haberi poſſunt, conſentiente Voſſio, qui tempora in ſim interdum futura coniunctiui modi eſſe docuit, cui pondus addit Gellius, qui diſputatum inter Romanos eſſe docuit, an tempora in rim eſſent futura praeterita, vel vtriusque temporis, non an perfecta coniunctiui modi loco praeſentium poſita eſſent. Lapſus forte hac argumentatione commiſſos Grammaticorum his de rebus, ipſorumque veterum Romanorum diſſenſu excuſatum nimis modeſte cupit Cl. R.

Pag. 60. (288.) In ſingulas deportationes SSN II deducuntur. N. II. intactos relinqui putat R., quia maius damnum domino afferret olei preſſi, quam olivarum furtum. Pretium certum ſtatutum fuiſſe oleae baccas legentibus a Romanis ne colluſione conductorum cum legulis in poſſeſſorum damnum augerentur expenſae putauit R.

Pag. 61. (289.) Dato *in primae* cotulas duas. An, vt in cap. CVII. 1. *iri* vel *iris aridae* cotulas duas? Verba: *Locus vineis ad calendas* oſcitantia ſcribae inducta eſſe coniectura eſt minime improbabilis Pontederae;

tederae; ſi retineatur, ſic rem concipit R.: Cal. Iun. primis vinum emptoris curae commiſſum eſſe, cui ſi is deſideraret, eius tamen periculo ſuis in cellis locum ad calendas Octobres, vt extremum terminum, concedere teneretur, qui vendidit dominus.

Super inferque vicinus permittet cap. CXLIX. non ob rationes a Popma allatas, ſed ob pactas inter vicinos conditiones hanc clauſulam ſcriptam fuiſſe putauit Exp. R.

Calendis vero Martiis a Columella Lib. II, 11, 9. melius, quam a Meurſio explicatur.

Pag. 62. (290.) Cap. CL. Breue, ſed difficile caput, cuius tamen obſcuritatem non auget numerus ouium a Geſnero et eumque ſequentibus hic deſideratus, quem Catonis expreſſa verba Cap. X. 1. et oppio 1. hic et in cap. LVI. conſtitutus, Varronisque lib. II. 20. centenarium fuiſſe euincunt. Promittat de domino dici lucrumque conductoris, omnem ſe ceſeum a ſingulae ouis lacte ſupra 1 ½ libr. preſſum cum xxx agnis proportionatum ſimplici huius hominis conditioni fuiſſe, e pactionibus inter poſſeſſores et conductores in Islandia initis concluſit R.. Die die caeca ob ſequentem periodum Menſ. x. ab auctore releget, intellexit; potius tamen crediderit: de pro *dic* vitioſe lectum et ſcriptum eſſe.

Siue *portos ſerarios*, ſiue *ſectarios* in oues denos ſingulos paſcat, legatur, ſenſus naſcitur ineptus; quare credit R. a Catone ſcriptum: *porcos aerarios* i. e. vel aere mutabiles, vel ad aerarium in militum victum vendibiles, niſi eiiciendos quis maluerit, qui falſa lectione hic irrepſerunt, porcos, cum arietum hic res agi videatur, cui opinioni apprime fauet: 1) ratio ad numerum ouium, quam tradit Varro Lib. II. 10-13. et ei. l. 3 - 15. iisdem fere quibus hoc Catonis loco verbis; et 2) ſequentis periodi: *conductor* II. *meſſes paſtorem praebeat* alias obſcuriſſimae facilis e mon

Rom-

Romanorum 2. *menſes ante admiſſionem ſecludendi*, et vberiore victu alendi maris explicatio, cf. Varro 1, 18. 2, 13. 4, 7. 8, 4. Pro: *pecunias* per compendium ſcriptas: *pens*, *porcos*, et pro: *arietes* vel *ſerarios* vel *ſectarios* in ſcriptura maligna et confuſa legi potuiſſe improbabile non eſt. Sic itaque ſi legimus: *Menſe x. ab coactore releget pecunias, arietes in oues denas ſingulos paſcat, conductor 2. menſes paſtorem praebeat.* Verbo: releget caſus, quo alias caret, ouibus mariti et ſequenti periodo commodus ſenſus dantur.

Pag. 65. (293.) Gronouii mutatio *τὸ releget* in: *deleget* oppugnatur. Variantibus Geſneri lectionibus Ed. Reg. 1499. *coactare* lectio adiicitur, cuius probabilitas primarum editionum *coactore* abſque praepoſitione euincitur, quod addendo praepoſitionem: *ab* Aldus et Victorius correxerunt.

Pag. 66. (294.) M. P. Nolani circa cupreſſorum ſationem praecepta partim conuenire, partim diuerſa a Catonis eſſe monſtrat locorum comparatio, poſterius imprimis haec verba: ſemen cupreſſi tarentinae per ver legi oportet, materiem vbi hordeum flaueſcit.

Pag. 67. (295.) *Pluuiam* vel *pluuium* Catonem habuiſſe, non *puluis* ex eo monſtratur, quod autumni imprimis tempus imbrium copia agricolae maximas afferat noxas, quas auertere hic docet prouidus Cato. Periodum: incilia aperire, aquam diducere in vias et ſegetes curare oportet, vti fluat, ſic ordinat R.: aquam diducere *in vias vti fluat*, et ſegetem curare oportet.

Pag. 68. (296.) Per ſegetem in frumentis. Inſolita et ſenſui, quo in proxime antecedentibus et ſequentibus accipitur, contraria huius vocis ſignificatio pro tempore anni non placet. Niſi Cato per *tegetem* ſcripſerit, intelligendus eſt: voluiſſe monere, ne per agrum in areas proximas, vbi tritura excuteretur ſeges, defluerent.

Pag.

Pag. 69. (297.) Comeſta aliqua V. folia. Sic lego: comeſta aliqua b braſſicae folia, cuius braſſicae prima ſolum littera b ſcripta male audiendo vel legendo in v. pro quinque habitum abiit, quod editionum inter ſe et cum Lib. II. 3 – 28. comparatio, vt crederet, ROTTB. induxit. Hac ſi vteris, omnes articulos *poteris experiri*. Variae lectiones a Geſnero omiſſae adduntur, explicaturque locus de promto et expedito articulorum per braſſicae vſum procurato motu, laudata expoſitione Cl. GROSSE.

Pag. 70. (298.) *In malum coniicito* difficultatem creare non debet; quid enim ſimplicius et inuentu facilius erat malo, cui excauato Cato voluit indere nalo admouendum remedium, ſi mutatione opus foret, legi iuberet R. in calamum coniicito ob inſtrumenti facile parabilis frequentem huius organi in malis vſum.

Pag. 71. (299.) A ſilentio Varronis Lib. I. cap. 2. v. 24. de incantatione hac Catonis, quamuis eam hic afferre maxime e re eius eſſet, Auctori rationes dubitandi natae ſunt, num hoc carmen Plinio notiſſimum ei fuerit cognitum; deinde vtrum in aliquibus defuerit exemplis, an inter aeuum Varronis et Plinii contextui aſſutum fuerit, diſputatur, iudicioque criticorum relinquitur hic nodus.

Iam ſatis exemplorum eſto! Conuenient, ſperamus, Lectores facile nobiscum in eo, vt Clariſſ. R. multa attulerit, quae et ad conſtituendam veram lectionem, et ad explicandum rectius, quam antea factum eſt, Catonem plurimum faciunt. Optamus valde, vt contingat Ipſi et otium et proſpera valetudo ad edendas ſimiles in Varronem aliosque de re ruſtica ſcriptores annotationes, quas iam maxima ex parte elaboratas ſeruat.

Appendix huius commentarii de *Strelitzia regina* exponit, quam I. MILLERVS, male ſub nomine *Heliconiae bihai* deſcriptam, icone expreſſerat; GVIL. AITONVS

FONVS autem (*hort. Keuenſ.* to. I. p. 285.) Strelitziam reginam nominauerat. Huius plantae, ad pentandrias referendae, accuratam exhibet Exper. R. deſcriptionem, quae adiecta eleganti icone illuſtratur.

VIII.

Phyſikaliſch-chemiſche Verſuche und Beobachtungen von D. SIGISMUND FRIEDRICH HERMBSTAEDT, *der Römiſch-Kayſerl. Akademie der Naturforſcher, der Churfürſtl. Maynziſchen Akademie der Wiſſenſchaften, und der naturforſchenden Geſellſchaft zu Halle Mitglied. Erſter Band. Berlin, bei Friedrich Vieweg,* 1786. 8. *pagg.* 310. *Zweyter Band.* 1789. *pagg.* 310.

i. e.

Experimenta et obſeruationes argumenti phyſico-chemici. Auctore D. SIGISMVNDO FRIDERICO HERMBSTAEDT, Academiae naturae curioſorum Leopoldinae, Academiae ſcientiarum Moguntinae, et Societatis naturae ſcrutatorum Halenſis ſocio. Volumina duo.

Clariſſimus HERMBSTAEDT, praeſtantioribus Germaniae chemicis merito ſuo adnumerandus, cuius primi ingenii foetus in libris CRELLII periodicis prodierunt nec ſine applauſu ab eruditis excepti ſunt, his duobus voluminibus diſſertationum vel nouarum vel olim editarum iamque auctarum et emendatarum farraginem comprehendit.

Diſſertatio phyſico-chemica de fermentatione eiusque productis. Noſtri theoria fermentationis his positionibus continetur. Spiritus ardens in corporibus fermentationi obnoxiis ante fermentationem non exiſtit, ſed inter ipſam fermentationem demum componitur. Vol. I. p. 1-42.

ponitur. Principia ſpiritus ardentis eadem ſunt, quae corporis, ex quo ille prodit. Et remota quidem ſpiritus ardentis principia ſunt acidum tartareum, phlogiſton, aqua: proxima oleum vini, aqua. Vt fermentatio ſuccedat, partes phlogiſticae, quae in corpore fermentante explicantur, amouendae ſunt; has aër atmoſphaerae dephlogiſticatus attrahit, viciſſimque cum corpore fermentante materiam ignis communicat, vnde calor naſcitur. Corpora fermentationi obnoxia aërem dephlogiſticatum continent, qui inter fermentandum euolutus cum partibus phlogiſticis coniungitur ſicque acidum aëreum fit. Spiritus ardens neque productis neque eductis adnumerari poteſt, ſed medium inter ea locum obtinet, ſiquidem principia eius proxima, etſi in corporibus fermentationi obnoxiis iam perfecta parataque continentur, tamen inter fermentandum demum coëunt. Acetum fit, ſi continuata particularum phlogiſticarum euolutione plus materiae ignis fluido fermentanti impertitur: acetum enim nihil eſt aliud, quam acidum tartareum dephlogiſticatum materiaque ignis inſtructum. Putrefactio oritur, cum materia ignis rurſus abit, quae fit, vt totum corpus deſtruitur. — Hanc de fermentationis natura hypotheſin experimentis accurate inſtitutis confirmare noſter conatur, promittitque se alio tempore idem argumentum fuſius pertractaturum eſſe.

p. 43 – 162. *Inquiſitio chemica in aetheris originem et causam dulcificationis acidorum.* Duas in ſectiones haec diſſertatio diuiſa eſt. In prima diligenter examinantur et operoſe confutantur theoriae noſtra aetate maxime probatae de origine aetheris et acidorum dulcificatione, Macqueriana, Wieglebiana, Scheeliana. Altera ſectio comprehendit noua experimenta et obſeruationes ſuper acidorum in ſpiritum vini viribus et aetheris origine. Noſtri theoria de origine aetheris ha-

ſt. Spiritus vini principia proxima ſunt oleum naturae peculiaris et aqua. Hoc oleum non ſimplex, ſed compoſitum eſt: principia eius ſunt acidum tartareum ac phlogiſton. Iam ſi acidum ſpiritui vini addas, a quo phlogiſton fortius, quam ab acido tartareo, appetatur, acidum tartareum phlogiſto ſuo orbatur. Sed illud acidum eodem tempore, quo cum phlogiſto olei vini connubium init, non poteſt non aliquid materiae caloris, quam continet, mittere, id quod ab acido tartareo attrahitur. Hac re acidum tartareum partim in acetum mutatur. Pars huius aceti modo nati cum acido ad oleum decomponendum adhibito, quod iam phlogiſto olei inuolutum materiaque caloris maximam partem ſpoliatum eſt, coniungitur, tumque nouum oleum, aetherem, gignit. Qui aether ſi decomponitur, eadem illa principia rurſus prodeunt.

Examen analyticum naturae acidi muriatici dephlogiſticati. Refutatur experimentorum auctoritate explicatio Scheeliana originis acidi muriatici dephlogiſticati, quod magneſiae nigrae ope paratur. Noſter ex ſuis tentaminibus cum ſyntheticis tum analyticis concludit, acidum muriaticum dephlogiſticatum ex acido muriatico vulgari oriri, ſi acidum vulgare aëris dephlogiſticati vi ſuo phlogiſto orbetur, viciſſimque ab aëre dephlogiſticato materiam caloris accipiat. Vnde ſequitur, non ſolam magneſiam nigram, ſed quamlibet ſubſtantiam, modo ne aëre dephlogiſticato careat, ad acidum muriaticum dephlogiſticatum parandum poſſe adhiberi. — p. 163. – 190.

Experimenta et obſeruationes chemicae ſuper indole acidi primitiui et vniuerſalis regni vegetabilis cauſſisque mutationum, quas acidorum mineralium interuentu patitur. Nullum datur in regno plantarum corpus, quod acido vegetabili careat. Sed hoc acidum in aliis corporibus alia indole gaudet, vt mirum non ſit, a chemicis p. 191. – 250.

micis ſuperiorum temporum magnum numerum acidorum vegetabilium inter ſe diſcrepantium conſtitutum fuiſſe. Noſtrorum chemicorum inprimisque clariſſimi auctoris acumini et diligentiae debetur, quod, quae rei ſit ratio, rectius nouimus. — Elicuit noſter acidum tartareum e ſaccharo, melle, manna, ſpiritu vini, gummi arabico, tamarindis, malis citreis, ceraſis, baccis berberis, groſſulariarum, rhus coriariae, geranio acido, oxali acetoſella, rumice acetoſo, vuis, baccis mori, malis, pyris, malis aurantiis, baccis rubi idaei, prunis, variis radicibus, vino, cereuiſia, ligno. Hinc cogit, acidum tartareum vere eſſe acidum vniuerſale regni vegetabilis, quod cum aliis ſubſtantiis varie copulatum varias formas induat. — Acidum tartareum ſi cum acidis mineralibus iisque concentratis tractatur, in acetum abit. Quod ipſum accidit, ſi acidum tartareum fermentare cogitur. Haec autem mutatio ideo fit, quod acidum tartareum ſuo phlogiſto orbatur, viciſſimque materiam caloris attrahit. — Acidum ſaccharinum nihil eſt aliud quam acidum tartareum phlogiſto ſuo ex parte priuatum.

p. 251. *De natura et origine aëris vitalis.* Arbitratur noſ-
– 270. ter, magnam inter aërem vitalem et materiam caloris ſimilitudinem intercedere, vt ambae ſubſtantiae pro vna eademque materia diuerſimode adfecta haberi poſſe videantur. Pollicetur, ſe alio tempore, re tentaminibus ſatis explorata, ſuper hoc argumento diligentius et copioſius diſputaturum eſſe.

p. 271. *Experimenta et obſeruationes de geneſi acidi aërei*
– 288. *ex aëre vitali, vbi is cum corporibus phlogiſticis coniungitur.* Aſſentitur noſter KIRWANO arbitranti, acidum aëreum ex aëre dephlogiſticato et materia inflammabili conſtare. Veriſimile ipſi videtur, acidum aëreum plerumque inter corporum, e quibus elicitur, decompoſitionem demum generari; in illis enim corporibus tum aërem dephlogiſticatum tum phlogiſton ineſſe,

neſſe, quae principia tunc copulentur. — Omnino noſter ſuſpicatur, varias illas, quas aetas noſtra nouit, aëreas ſubſtantias non eſſe niſi materiae caloris diuerſas modificationes.

Analyſis ſacchari lactis ad naturam terrae acidae p. 289. *indagandam, quae acidi nitroſi ope e ſaccharo lactis ex-* –310. *tricatur. Accedunt nonnullae obſeruationes ſuper acido malorum nuper detecto.* Conſtat, SCHEELIVM terram illam acidam, quae in decompoſitione ſacchari lactis prodit, pro acido peculiaris indolis habuiſſe. Noſter contra ea iam olim demonſtrauit, hanc terram calcem eſſe ſaccharatam partibus mucilaginoſis inquinatam. Id denuo hac in ſcriptione nouis innitens experimentis aſſerit. Acidi ſaccharini in hoc ſale exceſſus eſt. — Acidum malorum, quod idem SCHEELIVS repetit ac peculiaris naturae eſſe cenſet, noſter didicit nihil eſſe aliud, niſi acidum vegetabile, quod inter acidum tartareum et acetum medium locum teneat.

Altero volumine continentur diſſertationes ſequentes.

Experimenta chemica cum formicis earumque acido Vol. II. *capta, atque determinatio naturae huius acidi.* Primo p. 1–36. loco modus formicas colligendi a noſtro vſurpatus deſcribitur. Vtitur bacillis ligneis mellis ſolutione oblitis. Quae vbi formicae petierunt, haec animalcula in lagenas vitreas deterguntur. Hanc rationem noſter ab AFZELIO ARVIDSON didicit: formicas tamen non, vti ille, aqua ſuffocat, ne acidum ex iis extrahendum debilius fiat. Via ſicca e 16 vnciis formicarum nactus eſt $10\frac{1}{2}$ vncias acidi empyreumatici, 3 drachmas olei foetidi, 1 vnciam et 6 drachmas reſidui, quod carbonem referret. Quod periit, fuit partim alcali volatile, partim ſubſtantia aërea conſtans ex aëre inflammabili, acido aëreo et aëre alcalino. Carbo reſiduus cum examinaretur, dedit terram calcaream, alcali volatile, acidum phoſphoreum et phlogiſton.

Itaque ab alio quolibet carbone animali non diſſe-
pat, poteſtque pariter ad ſalem alcalinum phlogiſ-
candum adhiberi. Haec formicarum principia p
remotis habenda ſunt: proxima via humida, lem
illa, eruuntur. Quod ad hanc attinet, noſter prim
methodum Marggrafianam et Afzelianam tenta
Et Marggrafiana quidem e 16 formicarum vnciis, q
48 vnciis aquae deſtillatae perfuderat, obtinuit
vncias 6 drachmas et 56 grana aquae acidulae
drachmam et 6 grana olei aetherei, 38½ vncias ſuc
acidi, 1 vnciam cum dimidia olei pinguis, 5½ vnc
reſidui ſicci. Superpondium partibus aquoſis, q
ſuccus in loco humido aliquamdiu locatus attra
debetur. Methodo Afzeliana acidum nactus eſt n
magis purum, vtpote tum vtroque oleo, tum a
multa inquinatum, a qua vix poteſt, cum tantope
volatile ſit, euaporando liberari. Reprobata in
vtraque ratione nouam acidi extricandi method
longe commodiſſimam ac praeſtantiſſimam excog
vit. Formicas ſiccas, nullo addito liquore, facc
linteo recenti ingeſſit, tumque prelo ſtanneo pr
expreſſit. Sic acidum admodum concentratum p
diit. — E clariſſimi auctoris experimentis ſequ
acidum formicarum non eſſe animale, ſed vegetabi
poſſeque dephlogiſticando tandem in acetum co
verti. — Omnino in ſubſtantiis animalibus fere omn
bus acidum vegetabile continetur. Quod nemo m
rabitur, qui cogitauerit, quot animalium alimenta v
gnum vegetabile exhibeat. Ex apibus quidem no
nonnihil acidi ſaccharini extricauit.

P. 37 – 62. *Experimenta et obſeruationes de aëre dephlogiſti-
to e magneſia nigra educendo adque aërem noſcomi-
rum omninoque locorum, vbi aegroti ſunt, emendan
adhibendo.* Aër dephlogiſticatus e nitro elicitus ſe
per acido nitroſo ſimul expulſo inquinatus eſt, a q
non poteſt, quantumuis lauetur, prorſus purg

t huiusmodi aër dephlogiſticatus ad morbos ſanan-
os adhiberi tuto nequeat. Facile intelligitur, nec
ercurium praecipitatum aliamue calcem metallicam
oc conſilio vſurpari poſſe. Alia eſt magneſiae ni-
rae ratio. Ex hac aërem dephlogiſticatum ſaluber-
imum minimis ſumtibus elicere licet. Noſter ex
na libra magneſiae nigrae 3384 pollices cubicos
ëris dephlogiſticati optimi extricauit. — Poſtremo
ocetur, qua ratione fieri poſſit, vt aër dephlogiſtica-
s impenſis exiguis in vſum medicum conuertatur.

Experimenta et obſeruationes ſuper praeparatione p. 63-
extractorum. In extractis praeparandis, quantum 98.
eri poteſt, a coctione abſtinendum eſt, ne partes
olatiles, in quibus haud raro princeps remediorum
is continetur, abigantur. Vaſorum cupreorum et
rreorum vſus prorſus vetandus eſt, ne partes metal-
cae, quae ſuccos plantarum ſemper ſubeunt, cum
tractis vires vel noxias vel alias, quam quae ab illis
ſpectantur, communicent. Noſter in extractorum
raeparatione hanc viam inſiſtit. Plantam, cuius ex-
actum parandum eſt, probe ſiccatum conſecat aut
ontundit, tumque in vaſe figulino, ligneo aut vitreo
qua frigida pura perfundit. Horis ſex octoue elap-
, aqua partibus extractis tincta ac foeta, reſiduum
utem omnis ſaporis expers reperitur. Iam noſter
quorem percolat ac modico calore euaporare co-
t, donec ſyrupi conſiſtentiam contrahere incipit.
bi refrigeratus eſt, aqua frigida ſoluitur, vt partes
ſinoſae, ſi quae extractae ſunt, ſeparentur; isque
bor toties repetitur, donec nihil amplius reſinae
bſidat. Tum liquor leniſſimo igne ad ſyrupi con-
ſtentiam redigitur. Poſtremo additur liquori in-
iſſato ac refrigerato oleum aethereum proprium,
tale oleum in planta, quae extractum dedit, conti-
etur. Sin planta nihil olei tenet, ſed materiam vo-
tilem, haec materia deſtillatorio igne elicitur, tum-

que extracto e tali planta educto pariter admiſcetur. — Vbi vaſa vitrea aut figulina commode adhiberi non poſſunt, pharmacopoeus vaſis ſtanneis tuto vti poteſt, modo haec vaſa e ſtanno puro, id eſt eo, quod nihil plumbi admixtum habet, confecta ſint; nam ab exigua illa arſenici portione, quae in ſtanno latet, nihil metuendum eſt.

p. 99 – 114. *Experimenta et obſeruationes ſuper mercurii ſublimati dulcis praeparatione.* Mire inter ſe diſcrepant pharmaciae auctores in mercurii ſublimati dulcis praeparatione definienda. Varias noſter methodos, inprimisque diligenter Wieglebianam ac Scheelianam, exponit, quidque in illis vel laudandum vel reprehendendum ſit, indicat. Ipſe hanc rationem omnium, vt ſibi perſuaſum habet, optimam ſequitur. In retortam vitream quatuor vncias hydrargyri viui puri ingerit, adfunditque tantundem olei vitrioli concentrati, cuius pondus ſpecificum infra 1, 500 non ſit. Excipulo aptato, ignem continuum adplicat, donec maſſa alba ſicca oriatur. Haec maſſa eſt hydrargyrum vitriolatum. Iam hunc ſalem metallicum in mortario figulino conterit, interque terendum duas vncias cum dimidia hydrargyri viui et quatuor vncias cum dimidia ſalis culinaris decrepitati adiungit. Tum hanc mixturam cucurbitae ſublimatoriae immittit, ignemque admouet, qui intenditur, vſque dum euectum eſt, quod ſublimari potuit. Sublimatum, quod nonnihil hydrargyri viui ſecum abſtulit, denuo conterit nouaeque ſublimationi exponit. Ita ſublimatum euehitur colore albo inque cryſtallos concretum ſolidas, quae circiter 6 vncias pendunt. Eſt mercurius ſublimatus dulcis isque hydrargyro penitus ſatiatus, vt tutiſſime aegrotis dari poſſit.

p. 115 – 124. *Deſcriptio tincturae antimonii ſaponatae, vnde ſulphur et regulus antimonii acidorum ope elici poſſunt, vna cum definitione rationis, quam illius principia effi-*

cia

ela inter se habent. Tincturae antimonii saponatae iam dudum in remediis chemicis efficacioribus iure suo locum tenuerunt, etsi dubitari nequit, in nulla harum tincturarum hucusque cognita ea principia vere reperiri, quae inesse vulgo perhibentur. Noster omnes huiusmodi tincturas hactenus notas examini accurato subiecit, sed neutiquam, quae exspectauerat, in illis detexit. Vt igitur tincturam eam praepararet, quae medicorum exspectationibus accurate posset satisfacere, varia instituit tentamina, quorum is fuit exitus, vt tandem in methodum eius conficiendae longe praestantissimam incideret. Ea vero sic habet. Octo antimonii vnciae minutissime conterantur, cum quatuor vnciis sulphuris puluerati et viginti vnciis salis tartari commiscеantur, inque crucibulo clauso probe colliquentur. Massa liquefacta in cono fusorio refrigescat. Hepar sulphuris antimoniale sic generatum aqua pura ebulliente soluatur, tum coletur, aqua diluatur, acidoque vitriolico tamdiu saturetur, donec nihil amplius decidat. Quatuor vnciae praecipitati diligenter edulcorati et siccati cum sex vnciis alcali caustici sicci et aquae iusta copia in vase ferreo coquantur, donec praecipitatum penitus solutum sit, postque solutio ad duas circiter libras inspissetur. Quo facto, addantur octo vnciae olei amygdalarum recentis. Haec mixtura coctione, inter quam continenter versanda est, conuertatur in saponem iustae consistentiae. Deinde tres librae spiritus vini alcoholisati in cucurbita arenae balneo incalescant, omnisque sapo in spiritum calefactum ingeratur. Mixtura probe agitata, alembicus excipulumque adglutinentur, ignisque digestorius modicus admoueatur, qui per tres dies continuandus est. Mixtura quotidie saltim semel agitanda est. Tum ignis augeatur, donec viginti quatuor vnciae liquoris destillauerint. Is liquor est spiritus vini generosissimus, panem adustum olens:

praeparationi huius tincturae in posterum instituendae inseruire potest. Quod remansit in cucurbita, cum quatuor vnciis cinnamomi et totidem vnciis aquae corticum aurantiorum leni calore digeratur, tumque filtretur. Sic tinctura prodit desiderata. Sapore et odore non ingrato, colore pellucido, dilute fusco est. Cum aqua connubium facile init, faciem tum lacteam adipiscens. Acido adfuso, protinus odor explicatur sulphureus foetidus, sulphurque antimonii auratum floccorum instar tenuium apparet, quod partim cum oleo pariter extricato superficiei liquoris innatat. — Vna vncia huius tincturae 12 grana antimonii regulini et 23 grana sulphuris continet. Partes antimoniales sapone ita inuolutae sunt, vt ad vomitum ciendum dosis huius tincturae sat magna sumi debeat. Ipse noster eius vires expertus est: 20 ad 30 guttae sudorem, 40 ad 50 aluum, 70 ad 80 vomitum ciebant. — Si tinctura sub forma saponis adhibenda est, partes spirituosae destillando abstrahantur, residuumque in saponaceam consistentiam cogatur.

p. 125. – 130. *Analysis chemica calculi biliarii crystallini.* Reperit acidum saccharinum, terram calcaream et partes resinosas Suspicatur, formam calculi crystallinam inde repetendam esse, quod acidi plus solito habuerit.

p. 131. – 158. *Adnotationes de natura acida terrarum metallicarum.* Ex iis, quae de indole ac principiis metallorum industria chemicorum hucusque detexit, noster sibi videtur iure suo posse colligere, omnia metalla a natura ex acidis et principio inflammabili componi, haec vero acida phlogiston summa vi attrahere, ita vt difficillime penitus dephlogisticari possint. Metalla regulina ei videntur phlogisto abundare: vtque in calcem abeant, hanc phlogisti abundantiam amouendam esse arbitratur. In calce metallica censet tantum phlogisti inesse, quantum ad acidum radicale penitus saturandum necesse est. Apparet, hanc eandem esse

BERG-

BERGMANNI ſententiam. — Perſequitur noſter auri, argenti, platini, cupri, ferri, ſtanni (varia recenſet experimenta ad ſtanni acidum denudandum inſtituta, quae ſucceſſu non videntur caruiſſe), plumbi, hydrargyri, zinci, wiſmuti, antimonii, cobalti, niccoli, magneſii indolem acidam, quae inprimis eo manifeſtatur, quod metalla cum ſalibus alcalinis connubium contrahunt.

Diſſertatio de geneſi acidorum eorumque viribus attractiuis in ſales alcalinos, terras ac metalla. Examinat noſter hoc loco varias recentioris aetatis de acidorum geneſi hypotheſes. Et LANDRIANI quidem acidum aëreum pro acido primitiuo habentis opinionem non probat. Neque theoriae Lauoiſerianae aſſentitur, cui varia opponit. Cum KIRWANO, cuius theoriam ſtrictim commemorat, ſumit, vere phlogiſton dari, duplicemque eius conditionem eſſe: in altera eſſe materiam ſimpliciſſimam, ſolidam, non diſſolubilem, in altera in elaſticam aëreamque formam (in aërem inflammabilem) materia caloris expanſum eſſe. Omnia acida ei videntur ex baſibus peculiaribus naturae acidae ac materia caloris conſtare. Iam ſigillatim perſequitur geneſin acidi vitriolici, nitroſi, muriatici, phoſphorei, acidorum vegetabilium. — Poſtremo inquirit, quae ſit acidorum cum ſalibus alcalinis, terris metallisque coniunctorum conditio. Arbitratur, vt acida neutraliſari queant, materiam caloris ex iis abigendam eſſe, adeoque ſolam eorum baſin acidam cum ſalibus alcalinis, terris metallisque connubium inire; hoc vero connubium acidis fortioribus ſolui non poſſe, niſi acida materiam caloris amiſſam recuperent. p. 159. – 196.

Examen chemicum ſalis benzoës vna cum nonnullis obſeruationibus ſuper aliquot ſubſtantiis ſimilibus. Methodus ſalis benzoës parandi Scheeliana, etiam a GOETTLINGIO emendata, noſtro parum probatur. Praefert veterem huius proceſſus rationem, qua reſi- p. 197. – 222.

na benzoina ex olla figlina in balneo arenae collocata et cucullo chartaceo obtecta ſublimatur. Vt hoc modo labor ſuccedat, ſtratum reſinae pulueratae fundo ollae impoſitum vnum circiter pollicem altum eſſe debet; nam ſi plus reſinae ingeſtum eſt, ſalis explicatio impeditur. — Sal benzoës a noſtro adhibitus non ſquamoſus erat, qualis vulgo venditur, ſed conſtabat e priſmatibus tenuibus, quadrilateris, compreſſis, coloris ſplendide albi, quorum pleraque $\frac{1}{4}$ ad $\frac{1}{2}$ lineae lata et 6 ad 8 lineas longa erant. — Tractauit hunc ſalem cum acidis vitriolico et nitroſo.

Ex his tentaminibus admodum laborioſis nec parvorum ſumtuum, quae colligit, huc redeunt. 1) Salis benzoini compoſitio admodum firma eſt atque complicata. 2) Principia eius proxima ſunt acidum vegetabile naturae prorſus peculiaris, phlogiſton et terra animalis. 3) Principia remota ſunt acidum acetoſum, phlogiſton, acidum phoſphoreum et terra calcarea. 4) Sal benzoinus habendus eſt pro ſubſtantia vegetabili naturae ſingularis, poteſtque ſal vegetabilis phlogiſticus vocari. — Aether benzoinus, de quo noſter olim verba fecit, nihil aliud eſt, quam ſal benzoinus nondum decompoſitus, inque aethere acetoſo ſolutus. — Suſpicatur clariſſimus auctor, ſubſtantias illas in balſamo Peruuiano, oliuarum oleo, variisque oleis aethereis repertas naturae ſimilis eſſe, omnino-que ſalem benzoinum in omnibus reſinis latere.

p. 223. – 238. *Experimenta et obſeruationes de oleo cryſtallino petroſelini et foeniculi.* Conſtat, in oleis aethereis per aliquot annos in vaſis probe clauſis ſeruatis ſaepe cryſtallos vaſorum fundum obſidentes reperiri. De harum cryſtallorum natura diu multumque a chemicis diſputatum eſt, cum ab aliis pro ſalibus oleorum eſſentialibus, ab aliis pro oleis coagulatis, denique ab aliis pro camphora haberentur. Ad litem componendam noſtri tentamina hoc loco commemorata non

non parum conferre videntur. — Ex noſtri experimentis ſequitur: materiam illam cryſtallinam e petroſelini ſeminibus elicitam pro ſubſtantia naturae peculiaris habendam eſſe; principia eius eſſe terram, forſitan acidum phoſphoreum, et acidum vegetabile admodum phlogiſticatum, adeoque magnam ei cum ſale benzoës affinitatem intercedere; vt in ſubſtantiarum benzoinarum claſſem a RETZIO conſtitutam merito referenda ſit. — Oleum cryſtallinum foeniculi a materia cryſtallina e petroſelino extricata multum diſcrepat. Videtur a vulgari foeniculi oleo tantummodo maiori acidi copia differre. Certe nihil noſter in eo reperit, quod camphoram referret.

Obſeruationes ſuper fermentatione, tanquam addi- p. 239.
tamentum ad diſſertationem de fermentatione eiusque- 264.
productis, quae in primo volumine continetur. Examinantur ea, quae chemici Germani exterique ſuper fermentatione ediderunt, poſtquam prior noſtri diſſertatio euulgata fuerat. Scilicet expenduntur adnotationes, quae gallicae verſioni diſſertationis illius in diario phyſico Rozieriano extanti additae ſunt. Diſputatur de theoria fermentationis, quam nuperrime LAVOISIER in tractatu ſuo chemiae elementari propoſuit; de BOULLIONI experimentis; de THOMAE HENRY obſeruationibus; de obiectionibus noſtro a GOETTLINGIO et WESTRVMBIO factis. — Nonnulla retractantur, quae noſter in illa diſſertatione aſſeruit. Negat nunc, acidum aëreum, quod inter fermentationem apparet, ex aëre atmoſphaerae dephlogiſticato atque phlogiſto ex ſubſtantia fermentante euoluto componi: negat item, aërem atmoſphaerae dephlogiſticatum cum ſubſtantia fermentante materiam caloris communicare; nam omnino aſſerit, nihil huius aëris ab iſta ſubſtantia attrahi, adeoque eius praeſentia ad fermentationem promouendam neutiquam opus eſſe. Arbitratur, corpora ad fermentandum

dum apta ex acido vegetabili, mucilagine, basi acidi aërei et magna copia materiae caloris compoſita eſſe. His vſus principiis iam aliam theoriam exhibet, quae huc redit. Si corpus fermentationi obnoxium ab aqua contingitur, maxime ſi praeterea aliquod fermentum additum fuit, partes aquoſae acidum vegetabile phlogiſto obuolutum attrahunt, primaque fit principiorum ſeparatio. Materia interim caloris vinculis liberatur, expanditur euoluiturque. Cum basi acidi aërei gignit acidum aëreum. Quod eius a basi acidi aërei ligari nequit, calorem producit ſenſibilem. Sic prima abſoluitur fermentatio, quam ſpirituoſam dicunt. Vt acetoſa contingat, aër atmoſphaericus maſſam tangat neceſſe eſt. Is partes huius maſſae phlogiſticas attrahit, viciſſimque cum ea materiam caloris communicat. — Spiritum vini ante fermentationem non exiſtere, noſter etiamnunc contendit, etſi eius geneſin definire non auſit.

p. 265. - 300. *Experimenta ſuper alcali minerali phoſphorato eiusque ad acidum phoſphoreum parandum vſu. Accedunt nonnullae obſeruationes de huius acidi origine minerali.* Primo loco hiſtoria alcali mineralis phoſphorati legitur. Noſter hunc ſalem ex vrina ſequenti modo elicit. Vrinam humanam recentem ſolam in veſica ſtannea deſtillare facit, quamdiu aliquid ſpiritus alcalini volatilis in excipulo apparet. Reſiduum, quod coloris fuſci eſt et ingratiſſime olet, in aheno ferreo inſpiſſat, donec extracti conſiſtentiam contrahat, tumque in crucibulo exurit, vſque dum fumus, flamma odorque ingratus prorſus euaneſcunt. Carbonem reſiduum aqua ſoluit ebulliente, ſolutionem colando purificat, poſtque, vt cryſtalli coaleſcant, inſpiſſat. Sic cryſtalli oriuntur alcali mineralis phoſphorati, primum puriſſimae, ſed quae ad poſtremum aliis ſalibus in vrina latentibus inquinantur. — Tum agitur de PEARSONI ſoda phoſphorata. Monet noſter, PEARSONVM

SONVM per ambages quaerere, quod via multum breuiori reperiri poteſt. — Ad alcali minerale phoſphoratum diſſoluendum acidumque inde eliciendum varias noſter vias ingreſſus eſt, quarum alia aliis commodis commendatur. Apparet hinc, alcali minerale phoſphoratum ex vrina eductum ad acidum phoſphoreum parandum ſummo cum fructu adhiberi poſſe. — Nonnulla commemorantur experimenta, quae STRVVII et EXCHAQVETI de principiis ſalis ſedatiui hypotheſin prorſus euertunt. — Commodiſſime poteſt alcali minerale phoſphoratum ad phoſphorum itemque ſalem microcoſmicum conficiendum vſurpari. — Denique noſter de origine minerali acidi phoſphorei diſſerit. Primus videtur WIEGLEBIVS acidum phoſphoreum acidis mineralibus adnumeraſſe. Hanc noſter quoque ſententiam amplectitur, creditque, acidum phoſphoreum e regno minerali in plantas atque hinc demum in animalia tranſire. Omnino ſibi perſuadere non poteſt, acidum animalibus proprium vere dari.

Additamentum ad diſſertationem de aetheris origine et cauſſis dulcificationis acidorum. Theoria noſtri illic propoſita contra KVNSEMÜLLERVM defenditur. p. 301. – 310.

IX.

CAROLI GVIL. SCHEELE, pharmacopoei nuper Köpingenſis, academiarum et ſocietatum reg. ſcientiarum Holmienſis et Taurinenſis, Elector. Moguntinae Erfordenſis, naturae ſcrutatorum Berol. ſodalis *), Opuſcula chemica et phyſica. Latine vertit GODOFREDVS HENRIC. SCHAEFER, Lipſienſis. Edidit et praefatus eſt D. ERNESTVS BENIAM. GOTTL. HEBENSTREIT, in Acad.

*) Fuit SCHERLIVS etiam ſocietati Italicae adſcriptus. Vid. Memorie della ſocietà Italiana, Tom. III. p. XVII.

Acad. Lipſ. Med. P. P. E. Societt. oecon. Lipſ. et Nat. ſcrutat. Halenſ. ſodalis, ſocietatt. regg. ſcientt. Gotting. et agricult. Pariſ. correſp. Volumina II. Lipſiae. In officina libraria Io. Godofr. Müllerіana. 1788. et 1789. 8. pagg. 284. et 284. cum tab. aen. 1.

Aequum et iuſtum erat, vt, quae SCHEELIVM, praeclariſſimum noſtrae aetatis chemicum, genuerat Germania, etiam monumentorum ingenii illius editionem procuraret. Debetur haec auctoritati et conſilio clariſſimi HEBENSTREITI, qui iam ante opera Bergmanniano continuando de chemiae ſanioris ſtudio optime meruerat. In praefatione voluminipriori praemiſſa ſuccincte oſtenditur, quanta phyſice incrementa temporibus recentioribus ceperit, quantumque inter eius ſtatores noſtri aeui nomina BERGMANNI ac SCHEELII fulgeant.

Cum diſſertationes Scheelianae iam ſatis ſuperque cognitae ſint, ſolos earum titulos enumerabimus.

Volumine priori continentur hae diſſertationes: I. Aëris atque ignis examen chemicum, 1) praefatio ipſius SCHEELII (p. 1–4), 2) prolegomena T. BERGMANNI (p. 5–20), 3) ipſa diſſertatio (p. 21–137), 4) R. KIRWANI adnotationes ad hanc diſſertationem (p. 138–170), 5) I. PRIESTLEII literae ad RICH. KIRWANVM datae ſuper hac diſſertatione (p. 171–176). II. Recentius aëris, ignis et hydrogoniae examen (p. 177–192). III. Quantum aëris puri in atmoſphaera quotidie inſit (p. 193–199). IV. De molybdaena (p. 200–213). V. De plumbagine (p. 214–222). VI. De ſalium neutralium principiis calce viua aut ferro diſſoluendis (p. 223–226). VII. De magneſia nigra (p. 227–281). VIII. TORBERNI BERGMANNI additamentum examinis Scheeliani magneſiae nigrae (p. 282–284).

In

In *altero volumine* inſunt diſſertationes ſequentes: IX. Examen chemicum fluoris mineralis eiusque acidi (p. 1-22). X. De ſale benzoës (p. 23-27). XI. De arſenicis eiusque acido (p. 28-66). XII. De ſilice, argilla et alumine (p. 67-72). XIII. Examen chemicum calculi vrinarii (p. 73-79). XIV. De noua methodo mercurium dulcem parandi (p. 80-84). XV. De puluere Algarothi commodius minoribusque impenſis parando (p. 85-89). XVI. De pigmento viridi nouo (p. 90-91). XVII. Annotationes de fluore minerali (p. 92-100). XVIII. De lacte eiusque acido (p. 101-110). XIX. De acido ſacchari lactis (p. 111-118). XX. De principiis lapidis ponderoſi (p. 119-126). XXI. TORBERNI BERGMANNI additamentum ad diſſertationem praecedentem (p. 127-131). XXII. Experimenta atque adnotationes ſuper aetheris natura (p. 132-144). XXIII. De aceti bonitate conſeruanda (p. 145-147). XXIV. De materia tingente caerulei Berolinenſis (p. 148-174). XXV. De materia ſaccharina peculiari oleorum expreſſorum et pinguedinum (p. 175-180). XXVI. De ſucco citri eiusque cryſtalliſatione (p. 181-186). XXVII. De principiis terrae rhabarbari ac praeparatione acidi ſalis acetoſellae (p. 187-195). XXVIII. De acido pomorum et baccarum (p. 196-208). XXIX. De ferro acido phoſphori ſaturato et ſale perlato (p. 209-217). XXX. De terrae rhabarbari in pluribus vegetabilibus praeſentia (p. 218-220). XXXI. De praeparatione magneſiae albae (p. 221-223). XXXII. De ſale eſſentiali gallarum (p. 224-228). XXXIII. Animaduerſiones ſuper affinitate corporum (p. 229-241). XXXIV. In fluore minerali acidum naturae peculiaris ineſſe, nouis experimentis adſeritur (p. 242-257). XXXV. Adnotationes de pyrophoro (p. 258-261). XXXVI. Examen chemicum terrae ponderoſae (p. 262-265). XXXVII.

Animad-

Animaduerſiones de ceruſſa alba (p. 266-267). XXXVIII. Animaduerſiones miſcellaneae argumenti chemici ex literis a SCHEELIO ad CRELLIVM datis.

Ne quid Scheelianorum opuſculorum hac in editione omitteretur, ſumma cura adhibita fuit. Solummodo duae diſſertationes, in quibus Blackiana theoria de calce viua aduerſus I. A. WEBERVM adſeritur, conſulto omiſſae ſunt, ideo, opinamur, quod vel argumenta, quibus SCHEELIVS vtitur, ex aliis eius ſcriptionibus nota ſunt, vel tota SCHEELII oratio obſcura fuiſſet, niſi etiam WEBERI ſcripta acceſſiſſent. — Etiam ab EHRHARTO nonnullae epiſtolae a SCHEELIO ad ipſum ſcriptae euulgatae ſunt *), ſed nihil continent, quod non aliunde in hanc editionem illatum ſit.

Additus eſt volumini alteri index totius operis ſatis locuples.

Iam ante aliquot annos HERMBSTAEDTIVS editionem germanicam diſſertationum Scheelianarum ſuis auctam animaduerſionibus pollicitus eſt. Dubitari nequit, virum clariſſimum hoc labore de chemiae rationibus bene meriturum eſſe, optamusque, vt hoc nomen quantocius exſoluat. Nos, vbi editio Hermbſtaedtiana prodierit, de eius ratione ad lectores referemus.

X.

Trattato di anatomia, fiſiologia, e zootomia di LORENZO NANNONI, Chirurgo della Reale Gran-Ducale Corte di Toſcana, pubblico Dimoſtratore d'operazioni chirurgiche, e d'oſtetricia nel Regio ſpedale degl' Innocenti, Maeſtro-chirurgo nel Regio arciſpedale di Santa Maria nuova, e nello ſpedale di S. Giovanni di Dio, Profeſ-

*) EHRHART's *Beytraege zur Naturkunde* etc.

Profeſſore d' anatomia, Socio dell' accademia di chirurgia di Parigi, della Fiorentina, dell' Etruſca di Cortona, della ſocietà Georgica di Montecchio ec. Tomo ſecondo. In Siena, 1789. 4. Nella ſtamperia di Luigi, e Benedetto Bindi. pagg. 300.

i. e.

Compendium anatomiae, phyſiologiae et zootomiae. Auctore LAVRENTIO NANNONI. Tomus ſecundus.

Tomo ſecundo huius operis ſequentia continentur.

Capitis primi initio de thorace agitur. Et *prima* quidem *ſectione* prodeunt mammae (p. 1-6), vbi etiam de lacte agitur: *ſecunda* pleura et mediaſtinum (p. 6-7): *tertia* pericardium et cor (p. 7-13), quo loco de ſanguinis circuitu noſter loquitur, cuius doctrinae initium a MICH. SERVETO repetit (p. 13-15): *quarta* pulmones (p. 16-24), vti ſimul de reſpiratione (p. 24-26) ac ſanguificatione (p. 26-28) diſſeritur.

Quinta ſectione noſter in vniuerſum diſputat de abdomine (p. 29-33): *ſexta* de ventriculo (p. 33-37): *ſeptima* de digeſtione (p. 37-43), quae noſtro fermentationis ſpecies videtur: *octaua* de fame ac ſiti (p. 44-49): *nona* de inteſtinis primum generaliter (p. 49-50), tum de duodeno (p. 50-52), ieiuno (p. 52), ileo (p. 52-54), coeco (p. 54-56), colo (p. 56-59), recto (p. 59-63): *decima* de vaſis chyliferis, glandulis meſaraicis et ductu thoracico (p. 63-68), de motu et vſu inteſtinorum (p. 68-70), de omento (p. 70-73), de hepate (p. 73-81), de veſica fellea (p. 81-87), de bile (p. 87-92), vbi etiam calculorum biliariorum mentio fit, de pancreate (p. 92-95), de ſplene (p. 95-99), de chymo et chylo (p. 99-101):

undecima de renibus et viis vrinariis (p. 102–108), de vrina (p. 108–115), de vesica vrinaria (p. 115–123): *duodecima* de partibus marium generationi dicatis, et primum quidem de testiculis ac semine (p. 123–134), de vesiculis seminalibus (p. 134–138), de pene (p. 138–148); tum de partibus feminarum generationi inseruientibus externis (p. 148–156): *decima tertia* de vtero et partibus cum eo coniunctis (p. 156–172): *decima quarta* de menstruis mulierum (p. 173–179), de coitu (p. 179–186), quod argumentum in primis stilo satis lasciuo, quemque ab anatomici ac physiologi grauitate non exspectes, pertractatur: *decima quinta* de foecunditate, sterilitate ac generatione (p. 186–198), de foetu (p. 198–208), de placenta vterina, membranis, aquis, chorda vmbilicali, nutritione et sanguinis circulatione foetus (p. 209–218).

Additus est catalogus musculorum oculi, nasi, auris et cauitatis tympani, labiorum, linguae, laryngis, pharyngis, penis, ani (p. 219–220).

Caput secundum adenologiae dicatum est (p. 220–222).

Capite tertio primum in vniuersum de arteriis tractatur (p. 222–227). Tum arteriae sigillatim recensentur. Ac *sectione* quidem *decima sexta* arteria pulmonaris (p. 227): *decima septima* aorta (p. 227–229): *decima octaua* arteriae coronariae (p. 229–230): *decima nona* arteriae subclauiae (p. 230–231): *vicesima* carotis primitiua (p. 231–232), thyreoidea superior (p. 232), lingualis (p. 232–233), pharyngea inferior (p. 233–234), labialis (p. 234–236), occipitalis (p. 236), auricularis (p. 237), temporalis (p. 237–238), maxillaris interna (p. 238–239), meningea (p. 239), maxillaris inferior (p. 239–240), pterygoideae (p. 240), temporales profundae (p. 240), buccalis (p. 240), alueolaris (p. 240–241), suborbitalis (p. 241), palatina superior (p. 241), pharyngea

superior

ſuperior (p. 241 -- 242), ſphenopalatina (p. 242): *viceſima prima* carotis interna (p. 242 -- 243), ophthalmica (p. 243 -- 245), lacrymalis (p. 245), ethmoidalis poſterior (p. 245), centralis retinae (p. 245 -- 246), ſupraorbitalis (p. 246 -- 247), ciliaris (p. 247 -- 248), muſcularis (p. 248), ethmoidalis anterior (p. 248), palpebralis (p. 248 -- 249), naſalis (p. 249), frontalis (p. 249 -- 250), proceſſus carotidis internae vlterior (p. 250 -- 251): *viceſima ſecunda* arteriae e ſubclauia ortae, mammaria interna (p. 252), phrenica ſuperior (p. 252), thymica (p. 253), mediaſtinae (p. 253), intercoſtales (p. 253 -- 254), vertebralis (p. 254 -- 258), thyreoidea inferior (p. 258 - 259), ceruicalis profunda (p. 259), ceruicalis ſuperficialis (p. 260), intercoſtalis ſuperior (p. 260 -- 261), axillaris (p. 261 -- 262), thoracica ſuperior (p. 262), thoracica longa (p. 262), thoracica humeralis (p. 263), thoracica axillaris (p. 263), ſubſcapularis ſuperior (p. 263), ſubſcapularis inferior (p. 263), circumflexa anterior (p. 263 -- 264), circumflexa poſterior (p. 264), brachialis (p. 264 -- 265), profunda ſuperior (p. 265 -- 266), radialis (p. 266 -- 268), radialis palmaris (p. 268 -- 269), radialis dorſalis (269 -- 270), cubitalis (p. 271 -- 275), bronchiales (p. 275 -- 276), oeſophageae (p. 276), mediaſtinae poſteriores (p. 276), intercoſtales inferiores (p. 277 -- 278), phrenicae inferiores (p. 278 -- 279), coeliaca (p. 279), coronaria ventriculi (p. 279 -- 280), hepatica (p. 280 -- 281), ſplenica (p. 281 -- 282), meſaraica ſuperior (p. 282 -- 284), capſulares (p. 284 -- 285), emulgentes (p. 285 -- 286), arteriae vreterum (p. 286), ſpermaticae (p. 286 -- 288), meſaraica inferior (p. 289 -- 290), lumbares (p. 290 -- 291), ſacra media (p. 291), iliacae primitiuae (p. 291 -- 292), iliaca interna ſiue hypogaſtrica (p. 292), ileo-lumbaris (p. 292), ſacrae laterales (p. 293), iliaca poſterior (p. 293 -- 294), obturatrix (p. 294 -- 295), iſchiatica (p.

295--296), pudenda interna (p. 296--298), haemorrhoidalis media (p. 298), vterina (p. 298--299) vesicales (p. 299), vaginalis (p. 299), vmbilicalis (p. 299--300).

XI.

Verſuch einer mineralogiſchen Beſchreibung des Vogelsgebirgs in der Landgrafſchaft Heſſen-Darmſtadt, von PH. E. KLIPSTEIN, *Fürſtl. Heſſen-Darmſtädtiſchen Kammerrath, der Berliniſchen Geſellſchaft naturforſch. Freunde und der Geſellſchaft der Bergbaukunde Mitglied. Berlin, bey Friedrich Nicolai.* 1790. 8. *pagg.* 96.

i. e.

Tentamen deſcriptionis mineralogicae tractus montoſi in Landgrauiatu Haſſo-Darmſtadienſi ſiti ac *Vogelsgebirge* dicti. Auctore PH. E. KLIPSTEIN.

Clariſſimus auctor, iam aliis ſcriptis de Germanorum mineralogia bene meritus, hic primas lineas deſcriptionis mineralogicae regionis mineralogorum ſtudio digniſſimae ſiſtit, quas forſitan olim plenior et accuratior eiusdem tractus geographia mineralogica ſequetur.

Huius tractus origo a noſtro haud vanis indiciis pro vulcanica habetur. Continet adeo hic libellus plurima ad vulcanorum exſtinctorum naturam ac theoriam conſtituendam ſpectantia, quae quin noſtris diebus, quibus inter vulcaniſtas ac neptuniſtas certamen tantopere feruet, gratiſſima futura ſint, nequit dubitari.

Additae ſunt duae diſſertationes: altera de ſede et origine fontium ſalſorum in Wetterauia, altera de montibus vulcanicis Buzbacenſibus.

XII.

XII.

Experiments and obſervations on light and colours: to which is prefixed the analogy between heat and motion. London. Printed for I. Iohnſon, No. 72, St. Paul's Church Yard. MDCCLXXXVI. 8. pagg. 108.

i. e.

Experimenta atque obſeruationes ſuper luce et coloribus. Praemittitur diſſertatio de analogia, quae inter calorem et motum intercedit.

Satis conſtat, non leuem inter calorem atque motum analogiam intercedere; vnde factum eſt, vt a plurimis iisque acutiſſimis naturae ſcrutatoribus ignis atque caloris phaenomena ab oſcillatione vehementi particularum corporis calentis repeterentur. Anonymus huius libelli auctor vt hanc caloris et motus analogiam adſerat, copioſe demonſtrat, analogiam dari 1) inter corpora quieſcentia et corpora abſolute frigida, 2) inter velocitatem corporum motorum et temperaturam ſiue calorem ſenſibilem corporum calefactorum, 3) inter quantitatem materiae corporum motorum et calorem ſpecificum calefactorum, quorum pondera eadem ſunt. p. 1-38.

In ſectione huius libelli, quae experimenta et obſeruationes ſuper luce ac coloribus corporum calefactorum continet, ſequentes propoſitiones demonſtrantur. 1) Color corporis lucentis cum calore eius ſenſibili coniunctus eſt, et a rubro ad violaceum tendit, prout calor augetur. 2) In corporibus diuerſis idem color cum diuerſo caloris gradu coniunctus eſt. 3) In luce, quam corpora lucentia emittunt, certi colores magis aliis abundant; haec tamen inaequalitas regularis eſt, ac color praedominans mutatur, prout calor variat. p. 39-77.

p. 78. – 84. Sequuntur obſeruationes de lucis vi refrigerandi. Vapores aquae et hydrargyri in vitro clauſo eo loco condenſantur, qui radiis ſolaribus reflexis proximus eſt; vnde ſequi videtur, lucem vi quadam refrigerandi gaudere. Ad huius phaenomeni rationem reddendam noſter ſumit, lucem, ſi a corpore frigido, e. g. atmoſphaera globi noſtri, reflectatur, aut ipſam ab illo corpore refrigerari, aut certe facultatem nanciſci partem frigoris illius corporis cum corporibus magis calentibus communicandi.

p. 85. – 96. Tum agitur de colore caeli caeruleo. Noſtri huc ſuper re hypotheſis haec eſt. Caeli color caeruleus ſuam originem debet maxime luci a terra reflexae, hincque oritur, quod, cum radii lucis parum refrangibiles fere omnes atmoſphaeram permeent inque ſpatium vniuerſi infinitum excurrant, radii magis refrangibiles ad oculos noſtros reflectuntur; perinde vt infuſio ligni nephritici luce reflexa ſpectata caerulea, ſed radiis transmiſſis aurantia apparet. — Obiter etiam de colore griſeo collium aliarumque rerum a ſpectatore multum diſtantium diſſeritur.

p. 97. – 108. Poſtremo noſter de luce corporum caeleſtium diſputat. Auctor de hoc argumento nihil audet definire, ſolummodoque coniecturas proponit. Suſpicatur, 1) ſolem non eſſe corpus inflammabile ignitum, 2) ſolem non ſuſtinere combuſtionem, 3) ſolem adeo ne lucere quidem, 4) lucem ſolarem a meteoro lucido atmoſphaerae ſolis oriri. Varia affert, vnde his coniecturis aliquid roboris accedat, maximeque hoc argumento vtitur, quod alioquin ſol ceteraeque ſtellae fixae habitari non poſſent (quaſi vero, vbi corpora organica noſtri globi durare non poſſunt, ibi alia ab illis diuerſa viuere nequeant).

XIII.

Conjectures on ſome of the phaenomena of the barometer: to which is added a paper on the inverſion of objects on the retina. By ROBERT Mc CAUSLAND, M. D. Edinburgh. Printed for William Creech. MDCCLXXXVIII. 8. pagg. 43.

i. e.

Coniecturae ſuper nonnullis phaenomenis barometri. Accedit diſſertatio de obiectorum in retina inuerſione. Auctore ROBERTO Mc CAUSLAND, M. D.

Barometri variationes ab immutata aëris vel elaſticitate vel grauitate vulgo repetuntur. Quod ad aëris elaſticitatem attinet, noſter ignorare fatetur, qui fieri poſſit, vt haec in barometrum vires tam notabiles exſerat, ac phaenomena illa barometri notiſſima producat. Neque magis horum phaenomenorum rationem reddi arbitratur, ſi *grauitate* vtens atmoſphaerae *modo vulgari* ea explices. Sumit itaque, *quantitatem* aëris globum noſtrum ambientis mutationi obnoxiam eſſe, adeoque nunc creſcere, nunc imminui; ſi creſcat, barometrum ab atmoſphaera ponderoſiore eleuari, ſin imminuatur, ob cauſam contrariam deprimi. Vires quantitatem aëris vel augentes vel minuentes quin variae ſint, non dubitat. Et imminutionem quidem maxime a proceſſibus phlogiſticis, i. e. a phlogiſti euolutione repetit. Ad augendam vero aëris quantitatem multum conferre vegetatio et aquae decompoſitio ei videntur. Neque tamen negat, etiam ventis ac temperaturae aëris aliquam in barometrum vim eſſe.

Negat auctor, variis innitens obſeruationibus, ideas ſitus, quas mens noſtra concipit, ab illa retinae p. 31.

parte, quam radius lucis ferit, pendere, remque omnem ad leges ſequentes reuocat. 1) Mens noſtra ſuum de ſitu obiectorum iudicium poſitioni eorum relatiuae reſpectu terrae accommodat. 2) Connexionem, quae ſuo corpori cum terra intercedit, viſu perſequitur. 3) Grauitationis ſui corporis ſenſu intelligit, in quanam directione terra iaceat, et vbi eam viſu ſit repertura.

XIV.

Beobachtungen über Natur und Menſchen, beſonders über mineralogiſche Gegenſtände an verſchiedenen Orten in Sachſen und andern Gegenden, von F. E. VON LIEBENROTH, *Lieutenant bey dem Churſächſiſchen Infanterieregimente Prinz Clemens. Erſte und zweyte Sammlung. Erfurt,* 1791. 8. *bey Georg Adam Keyſer. pagg.* 88. *et* 68.

i. e.

Obſeruationes phyſicae et anthropologicae, inprimis de rebus mineralogicis Saxoniae aliorumque locorum. Auctore F. E. DE LIEBENROTH. Faſciculus primus et ſecundus.

Faſc. I. p. 12. p. 13. p. 24. p. 27. p. 32.

Miſſis ceteris obſeruationibus inprimis mineralogicarum notatu digniorum mentionem faciemus. Prope Günſtedt in Thuringia lapis exſtat calcareus ſilices igniarios complectens, quibuscum fere ſic confunditur, vt diſtingui non poſſit. Idem lapis calcareus dendritas pulcherrimos continet, quorum originem auctor explicare conatur. — De ſtratis gypſi, quae ab aqua ſubterranea paullatim ſoluuntur et excauantur, qua re fit, vt ſtrata illis incumbentia corruant ſitumque, qui horizontalis fuerat, in perpendicularem conuertant. — De breccia calcarea Thuringiae Saxonicae. — De lapicidinis Rochlizenſibus, lithomarga

thomarga, quae ibi reperitur, achate Rochlizenſi. — De ſerpentino Waldheimenſi. — De baſaltis, achatis et amethyſtis in ripis Albis ac prope eas reperiundis. — De marmorum Saxonicorum praeſtantia. — De Syenite, qui prope Dresdam occurrit. Eſt granitae ſpecies feldſpato coloris roſei et hornblenda nigra conſtans, omnique fere quarzo carens. Ibidem lignum petrefactum puloherrimum ingenti copia reperitur. p. 39. 64. p. 81.

Prope Oſchatz in Miſnia occurrit ſtratum ditiſſimum lapidis cotarii praeſtantiſſimi, quod haud exiguo Saxoniae damno adhuc fere neglectum fuit. — De globis argillaceis. — De globis porphyreis Mutſchenſibus. — Prope pagum Selitz noſter in lapicidina magnam vim hydrophanorum optimorum offendit, de quibus accurate et copioſe diſputat. Etiam varia experimenta cum iis capta enumerat. Magnum eorum numerum WIEGLEBIO chemice examinandum dedit, qui in quatuor drachmis reperit 3 drachmas et 19 grana terrae ſilíceae, 15 grana terrae aluminaris, $\frac{7}{24}$ grani ferri, 14 grana aquae. Faſc. II. p. 19. p. 25. p. 42. p. 45.

XV.

Pharmacopoeia Collegii Regalis Medicorum Londinenſis. Londini. Apud Ioſephum Iohnſon. MDCCLXXXVIII. 4. pagg. 182.

In noua hac operis vtiliſſimi magnoque medicorum ac chemicorum applauſu excepti editione vel potius reformatione quid ab auctoribus actum ſit, noſtros lectores paucis docebimus.

Cum ab eo tempore, quo prior editio prodierat, ars ſalutaris inprimis chemiae ſtudio ſubtiliori haud leuia incrementa cepiſſet, auctores, quidquid ab hodierna chemicorum diſciplina auxilii hauriendum erat, in nouam hanc editionem transtulerunt.

Itaque ante omnia operam dederunt, vt materia omnis chemica, medicinae faciendae accommodata, in medium proferretur non ſolum erroribus purgata, ſed etiam perfectior politiorque, et artificioſius digeſta ac diſtributa, quam antea factum fuerat. Nec tamen in hac operis parte ſane difficillima adeo omnia auctorum cura conſumta eſt, vt alia tanquam neglecta iacerent aut obiter tantum ac curſim perſtringerentur: ſed et medicamenti vniuscuiusque compoſitio reddita eſt quaſi trutinae ſingillatim et curioſe perpenſa, vt, quae deficerent, adderentur, quae ſuperarent ac redundarent, reciderentur. Neque dubitarunt in hoc munere obeundo integras medicamentorum formulas et amputare inutiles, et aptiores inſerere; ita tamen, vt nihil noui cupide arriperetur, nihil vſitati et conſueti temere repudiaretur. Data opera ſedulo eſt, vt veterum auiarum veſtigia quam pauciſſima manerent: quod ſi quid ſuperuacanei aut parum vtile hic illic manſit, id ſatius viſum eſt poſteris relinquere ſiue corrigendum, ſiue delendum, quam opinionibus etiam prauis, ſed innoxiis, nimium pertinaciter aduerſari. Simplicitati vbique, quantum licuit, proſpexerunt; cautumque praecipue eſt, ne commiſcerentur, niſi quae apte inter ſe cohaererent, et vni eidemque propoſito inſeruirent. Inde factum eſt, vt portentoſa quaedam et enormia antidota, vtpote ex rebus vndique collectis et inter ſe pugnantibus conflata, ſuo loco mouerentur. Cumque noſtris temporibus medicina a venenis, tanquam prorſus inimicis, non abhorreat, ſed ea ad partes ſuas traducat eorumque opem ſociam et adiutricem expoſcat, ex iis vnum itemque alterum, quorum ipſi periculum fecerant, medicamentorum indici inſeruerunt. — Denique magno medicamentorum numero nomina noua impoſuerunt. Quod hoc conſilio factum eſt. Primum, vt vana quaedam et inſulſa vocabula, ſiue a veterum

terum chemicorum commentis, ſiue aliunde deducta, in deſuetudinem et obliuionem abeant. Tum, vt per ipſos titulos magis deſignetur, quid ſit quaelibet compoſitio, quam quo valeat. Poſtremo, vt nihil ſub titulo alieno occultetur.

Iam breuiter iuuat demonſtrare, quid rerum nouarum huic editioni acceſſerit *).

In prolegomenis, vbi de ponderibus, menſuris etc. agitur, mortaria ex aere aut orichalco facta medicamentis parandis minus apta eſſe auctores cenſent. Volunt etiam, vt menſurae, infundibula et vaſa exhalationi liquorum inſeruientia, quae ex aere, e plumbo, vel e miſtura metallica fiunt, cuius pars aliqua eſt aes aut plumbum, caute euitentur. — Etiam caloris varii gradus accurate determinantur.

Materiae medicae addita ſunt ſequentia: acetoſa pratenſis, folium; acidum vitriolicum; aconitum, herba; adeps ſuilla; aloë barbadenſis; arnica, herba, flos, radix; auena, ſemen; balſamum canadenſe; bardana, radix; barilla; cardamine, flos; caſcarilla, cortex; catechu; chelae cancrorum; cicuta, herba, flos, ſemen; cinara, folium; colchicum, radix recens; colomba, radix; daucus ſylueſtris, ſemen; digitalis, herba; filix, radix; geniſta, cacumen, ſemen; ginſeng, radix; gratiola, herba; helleboraſter, folium; ichthyocolla; iuglans, fructus immaturus; iuniperus, cacumen; kino reſina; mezereum, cortex radicis; opium; pareira braua, radix; petroſelinum, radix; pimento, bacca; piper indicum, fructus; pulegium, flos; quaſſia, lignum, cortex, radix; quercus, cortex; ribes

*) Contulimus cum noſtra ſequentem pharmacopoeiae Londinenſis editionem: Pharmacopoeia Collegii Regalis Medicorum Londinenſis. Iuxta poſtremam renouationem edita Londini, apud T. Longman, T. Shewell et I. Nourſe, MDCCXLVI. Amſtelaedami, apud Iſaacum Tirion. 8.

ribes nigrum, fructus; ribes rubrum, fructus; ricinus, ſemen; ſambucus, cortex interior; ſantonicum, ſemen; ſaſſafras, lignum; ſeneka, radix; ſimaroubae cortex, ſium, herba; ſpigelia, radix; ſtaphiſagria, ſemen; tanacetum, flos; taraxacum, radix, herba; tuſſilago, herba; vlmus, cortex interior; vrtica, herba; vua vrſi, folium; zincum. — Addita ſunt nomina e LINNAEI ſpeciebus plantarum, ſupplemento plantarum, ſyſtemate naturae, SONNERATI itinerario, HVDSONI flora Anglica, tranſactionibus philoſophicis, actis Holmienſibus deſumta.

Praeparatorum additamenta haec ſunt. Conſerua ari. Conſerua ſcillae. Extractum chamaemeli. Extractum cacuminis geniſtae. Extractum corticis peruviani cum reſina. Extractum caſcarillae. Extractum ſennae. Oleum ricini. Oleum animale. Oleum vini. Acidum acetoſum. Aqua ammoniae acetatae. Magneſia alba. Magneſia vſta. Kali ſulphuratum. Puluis antimonialis. Antimonium vitrificatum. Ferrum tartariſatum. Hydrargyrus acetatus. Hydrargyrus cum creta. Aqua lithargyri acetati. Zincum calcinatum. Aether vitriolicus. Spiritus pimento. Decoctum corticis peruuiani. Decoctum hellebori. Decoctum ſarſaparillae. Decoctum ſarſaparillae compoſitum. Decoctum vlmi. Mucilago amyli. Mucilago arabici gummi. Vinum antimonii tartariſati. Tinctura aloës. Tinctura balſami peruuiani. Tinctura balſami tolutani. Tinctura caſcarillae. Tinctura colombae. Tinctura corticis aurantii. Tinctura corticis peruuiani compoſita. Tinctura galbani. Tinctura lauendulae compoſita Tinctura opii. Tinctura rhabarbari compoſita. Tinctura ſcillae. Spiritus aetheris vitriolici compoſitus. Spiritus ammoniae ſuccinatus. Mel ſcillae. Oxymel colchici. Puluis aloëticus cum ferro. Puluis ipecacuanhae compoſitus. Puluis opiatus. Puluis e ſcammonio cum aloë. Puluis e ſcammonio cum calomelane

melane. Trochiſci e magneſia. Pilulae ex aloë. Pilulae ex opio. Pilulae e ſcilla. Aqua lithargyri acetati compoſita. Vnguentum hellebori albi. Vnguentum hydrargyri nitrati. Linimentum camphorae. Ceratum cantharidis. Ceratum lithargyri acetati. Ceratum ſaponis. Cataplaſma ſinapeos.

Sub finem accedit tabula oſtendens, qua ratione hydrargyrus et opium in medicamentis compoſitis contineantur.

Iam aliquot ſpeciminibus oſtendendum eſt, quas-nam nominum mutationes editores fecerint.

Nomina vſitata.	*Nomina noua.*
Aethiops mineralis.	Hydrargyrus cum ſulphure.
Aqua piperis iamaicenſis.	Aqua pimento.
Cauſticum antimoniale.	Antimonium muriatum.
Cauſticum commune for-	Calx cum kali puro.
Cauſticum lunare. [tius.	Argentum nitratum.
Cinnabaris factitia.	Hydrargyrus ſulphuratus ruber.
Electarium lenitiuum.	Electuarium e ſenna.
Extractum thebaicum.	Opium purificatum.
Flores martiales.	Ferrum ammoniacale.
Hiera picra.	Puluis aloëticus.
Iulepum e camphora.	Miſtura camphorata.
Lixiuium ſaponarium.	Aqua kali puri.
Lixiuium tartari.	Aqua kali
Mel aegyptiacum.	Oxymel aeruginis.
Mercurius corroſiuus ſublimatus.	Hydrargyrus muriatus.
— — ruber.	— nitratus ruber.
— dulcis ſublimatus.	Calomelas.
— emeticus flauus.	Hydrargyrus vitriolatus.
— praecipitatus albus.	Calx hydrargyri alba.
Nitrum vitriolatum.	Kali vitriolatum.
Philonium londinenſe.	Confectio opiata.

Nomina

Nomina vſitata.	*Nomina noua.*
Puluis ſternutatorius.	Puluis aſari compoſitus.
Saccharum ſaturni.	Ceruſſa acetata.
Sal abſinthii.	Kali.
Sal catharticus Glauberi.	Natrum vitriolatum.
Sal diureticus.	Kali acetatum.
Sal martis.	Ferrum vitriolatum.
— tartari.	Kali.
— vitrioli.	Zincum vitriolatum.
— volatilis ſalis ammoniaci.	Ammonia.
Spiritus nitri dulcis.	Spiritus aetheris nitroſi.
— ſalis ammoniaci.	Aqua ammoniae.
— ſalis ammoniaci dulcis.	Spiritus ammoniae.
Tartarum emeticum.	Antimonium tartariſatum.
— ſolubile.	Kali tartariſatum.
— vitriolatum.	— vitriolatum.
Trochiſci bechici albi.	Trochiſci amyli.
— — nigri.	— glycyrrhizae.
Vnguentum caeruleum fortius.	Vnguentum hydrargyri fortius.
— — mitius	— — mitius.
— ſaturninum.	— ceruſſae acetatae.

Quanto applauſu noua haec pharmacopoeiae Londinenſis editio excepta fuerit, ex numeroſis eius vel repetitionibus vel verſionibus apparet. De his deinceps breuiter agamus.

Cliuienſis repetitio *) admodum nitida eſt, ſiue chartam ſiue typos ſpectes, tamque ad archetypum accurate expreſſa, vt ſingulae adeo paginae in vtraque editione conueniant. Ceterum praeter editoris praefationem pharmacopoeiam Londinenſem commendantis

*) Pharmacopoeia collegii regalis medicorum Londinenſis. Cleue. 1788. Apud F. W. Hannesman. 8. min. pagg. 184.

lantis ac repetitionis illius rationem reddentis nihil noui additum eſt.

Lipſienſis editio eadem eſt, quae Cliuienſis, tantummodoque tituli inſcriptione ab illa diſcrepat.

Ex Italia accepimus Ticinenſem *) noſtrae pharmacopoeiae repetitionem, quae nonnullis additamentis aucta eſt, quibus auctorum formulae hic illic corriguntur. Nihil acceſſit praefationis.

Etiam Lugduni Batauorum **) recuſus eſt liber. Ratio inſtituti in editoris praefatione redditur. Continet haec editio praeter accuratam textus Londinenſis repetitionem 1) noua, aut in Belgio vel alibi vſitata ſimplicia, in Anglia neglecta, et tamen non penitus negligenda, 2) praeparationes compoſitorum nouas aliquot aut emendatas, prout vel in recentiorum ſcriptis ſparſim occurrunt, vel in pharmacopoeiis nouis Edinenſi, Danica, Suecica aliisque habentur, 3) adiectum cuiusque medicamenti inſcriptioni nomen, quo in officinis pharmaceuticis vulgo appellari ſolet. — Hic illic ab editore Leidenſi inſerta vidimus, quae iam in archetypo, ſed alio loco, leguntur.

Anglica pharmacopoeiae Londinenſis verſio ***) numeroſis aucta eſt adnotationibus, quibus medicamen-

*) Pharmacopoeia collegii regalis medicorum Londinenſis. An. 1788. Editio prima Italica notis aucta. Ticini Regii. Apud Ioſephum Bolzani R. Ciu., et R. I. Vniuerſitatis typographum. Cum approbatione. 8. min. pagg. 190.

**) Pharmacopoeia collegii regalis medicorum Londinenſis. Editio noua. Lugduni Batauorum. Apud A. et I. Honcoop, bibliopolas. MDCCLXXXVIII. 8. mai. pagg. 116. praeter Indicem. — Audiuimus, etiam Roterodami pharmacopoeiam Londinenſem recuſam eſſe: ſed hanc repetitionem non vidimus.

***) The new Pharmacopoeia of the royal college of phyſi-

mentorum hiſtoria naturalis, vires, doſes, aliaque ſatu neceſſaria pertractantur.

Germania praeclaram debet noſtrae pharmacopoeiae verſionem clariſſimo ESCHENBACHIO, chemiae profeſſori Lipſienſi, auctam illam atque ornatam optimae notae animaduerſionibus et additamentis *). Materiae quidem medicae additamenta ſunt haec: alliaria, herba recens; ambra griſea; aniſum ſtellatum, fructus; ariſtolochia tenuis, radix; belladonna, folia et radix; cacao, nuclei; cannabis, ſemen; carex arenaria, radix; caryophyllata, radix; cerefolium, herba recens; chamaedrys, herba; chamomilla vulgaris, ſummitates; lapides cancrorum; flores caſſiae; dioscorea tamnus albus, radix; dulcamara, ſtipites; fel bouis inſpiſſatum; foeniculum dulce, radix; fumaria, herba; fungus quercinus; geoffraea, cortex; granum, radix; hedera terreſtris, herba; helminthochorton; hippocaſtanum, cortex; hyoſcyamus niger, folia et ſemen; iacea, herba; lacca in granis; lauroceraſus, folia; lichen islandicus, herba; lobelia, radix; lopezia, radix; lycopodium, ſemen; matricaria, herba; melilotus, ſummitates florentes; meloë maialis; millefolium,

phyſicians of London. Translated into Engliſh, with notes, indexes of new names, praeparations etc. By THOMAS HEALDE, M. D. F. R. S. Lumleyan Lecturer at the College of Phyſicians, and Senior Phyſician of the London Hoſpital. The third edition corrected. London. Printed, by I. W. Galabin, for T. Longman, Paternoſter-Row. MDCCLXXXVIII. 8. mai. pagg. 368.

*) *Londner Apothekerbuch. Nach der neueſten Originalausgabe überſetzt und mit einigen Zuſätzen und Anmerkungen herausgegeben von D.* CHRISTIAN GOTTHOLD ESCHENBACH, *Profeſſor der Chemie auf der hohen Schule zu Leipzig. Leipzig.* 1789. *Bey Siegfried Lebrecht Cruſius.* 8. *pagg.* 208.

lium, ſummitates; myrtus brabantica, herba; nux vomica, ſemina; origanum creticum, ſpicae et oleum deſtillatum; oryza, grana; pechurim; pulſatilla nigricans, herba; quercus marina, aethiops vegetabilis; ricinus, oleum expreſſum; ſabadilla, ſemen; ſalep, radix; ſalix, cortex et iuli; ſaponaria, herba et radix; ſerpyllum, herba; ſtramonium, herba; terebinthina veneta. — Praeparatis compoſitisque addita ſunt ſequentia. Conſerua millepedum. Butyrum cacao. Acidum tartareum. Hydrargyrus nitratus liquidus. Aethiops antimonialis. Cuprum ammoniacale. Spiritus cochleariae. Spiritus corticum aurantiorum. Mucilago tragacanthae. Tinctura ſuccini. Tinctura gummi laccae. Miſtura ſimplex. Syrupus aceti. Syrupus armoraciae. Syrupus rhabarbari. Puluis alterans. Puluis infantum. Puluis ſcillae compoſitus. Pulvis alexipharmacus. Pilulae ex hydrargyro ſublimato. Pilulae e cicuta. Electuarium e ſcordio. Confectio meloës maialis. Emplaſtrum cicutae. Emplaſtrum meliloti. Aqua lauroceraſi. Sulphur auratum antimonii. Sapo antimonialis. Tinctura antimonii acris. Sulphur antimonii liquidum. — In animaduerſionibus vel medicamentorum virtutes indicantur, vel aliae eorum parandorum methodi meliores proponuntur, vel denique alia cum libri argumento coniuncta docentur, quibus vtilitas libri non parum aucta eſt.

Neque aduerſariis in Anglia exterisque regionibus caruit atque cenſoribus ſatis acribus pharmacopoeiae Londinenſis reformatio. In manus noſtras venerunt libelli duo ſequentes, in quibus noſtra pharmacopoeia acriter ventilatur.

XVI.

Obſervations on the pharmacopoeia collegii regalis medicorum Londinenſis, 1788; annexed to the obſervations on the ſpecimen alterum

pharmacopoeiae Londinenſis, 1787; pointing out many of their ſtriking defects, and ſhewing the neceſſity for ſtill further corrections; interſperſed with a variety of formulae from the ſpecimen, and other new ones introduced: in a letter addreſſed to the committee, ſelected out of the members of the royal college of phyſicians, to reform the old pharmacopoeia. »Ante omnia phyſicus philoſophus ſibi eligat principia vera et certa, quae fluunt ex recta ratione cum experientia coniuncta; fugiat autem, cane peius et angue, quae figmenta, ſuperſtitiones, et imaginationes pro fundamento habent.« — HOFFMANN. — London. Printed for G G. I. and I. Robinſon, Pater-noſter Row. MDCCLXXXVIII. 8. pagg. 32.

i. e.

Obſeruationes ſuper pharmacopoeia collegii regalis medicorum Londinenſis edita 1788, quibus varia eius vitia deteguntur.

et

Etwas über das neue Londner und andere Apothekerbücher, Hamburg, bey Herold. 1790. 8. *pagg.* 124.

i. e.

Adnotationes ſuper noua pharmacopoeia Londinenſi aliisque pharmacopoeiis.

Prior libellus tanquam appendix eſt obſeruationum ſuper ſpecimine altero pharmacopoeiae Londinenſis, quas nobis non licuit videre. Reprehenduntur in hoc libello auctores pharmacopoeiae, quod ad correctiones pharmacopoeiae Londinenſis in iſtis obſeruationibus propoſitas parum attenderint adeo-

que

que multa reliquerint, quae emendatione admodum indigeant. Primo loco taxatur eorum negligentia in materiae medicae nominibus characteriſticis apponendis. Vituperantur aliquot nomina noua antiquorum loco adhibita. Perſtringitur modus praeparandi varia medicamenta. Alter liber, dicatus collegio medico regio Haunienſi, in vniuerſum ſpectat pharmacopoeias recentiores, earumque defectus perquirit, ſed inprimis Londinenſem diligenter ac copioſe examinat. — Auctori anonymo diſplicet, quod in materia medica omnium fere pharmacopoeiarum, etiam praeſtantiſſimarum ac recentiſſimarum, ſola nomenclatura ſterilis continetur, neque ſigna bonitatis ſimplicium ſimul enumerantur. — Obiter defenditur pharmacopoeia Danica contra eius recenſionem bibliothecae germanicae vniuerſali inſertam. — Aliud vitium pharmacopoeiarum multarum recentioris aetatis in deſcriptione praeparationis medicamentorum ſterili parumque accurata poſitum eſſe noſtro videtur. — Nominum mutandorum pruritum noſter parum probat arctisque cancellis circumſcribendum cenſet. — Quis ſit medicamentorum delectus habendus, definit, ideamque bonae pharmacopoeiae proponit. —

XVII.

Gemeinnützige Naturgeſchichte Deutſchlands nach allen drey Reichen. Ein Handbuch zur deutlichern und vollſtändigern Selbſtbelehrung, beſonders für Forſtmänner, Jugendlehrer und Oekonomen, von I. M. BECHSTEIN. *Erſter Band, welcher die nöthigen Vorkenntniſſe und die Geſchichte der Säugthiere enthält. Mit Kupfern. Leipzig, 1789. bey Siegfried Lebrecht Cruſius. 8. mai. pagg. 841.*

i. e.

Hiſtoria naturalis trium naturae regnorum Germaniae. Auctore I. M. BECHSTEIN. Tomus

primus complectens introductionem in historiam naturalem atque historiam mammalium. Cum tabb. aen. 17.

Dicatum est opus maxime saltuariis, iuuentutis doctoribus atque oeconomis. Constituerat primum auctor, historiam naturalem Thuringiae conscribere, cuius studio plures per annos diligentem operam impendit. Hoc vero consilio mutato iam totius Germaniae historiam naturalem complexus est. Continet adeo hoc opus duplicem enumerationem productorum Germaniae Thuringiaeque, vnde Fauna, Flora ac Mineralogia non modo Germaniae, sed etiam Thuringiae coalescent.

Profitetur auctor, nihil a se, quoad eius fieri potuerit, scriptum esse, nisi quod ipse obseruarit. Quae itaque in aliorum libris historiam naturalem tractantibus leguntur, hoc in opere nunc confirmantur, nunc refutantur, nunc explicantur, nunc augentur. — Omnem operam dedit, vt speciebus nomina triuialia germanica apta imponerentur.

pag. 1. In introductione insunt sequentia. Notio historiae naturalis. De corporum organicorum et inorganicorum differentia, hincque nascente rerum naturalium in tria regna diuisione. De variis reuolutionibus corporum organicorum in vniuersum. De corporum organicorum nutritione, crescendi ratione ac propagatione. De corporum organicorum morte. De duobus characteribus primariis, quibus animalia a plantis distinguuntur. De motu animalium arbitrario. De animalium vi sentiendi et neruis. Contemplatio totius regni animalis compendiaria. De partibus mammalium externis in vniuersum. De partibus mammalium internis in vniuersum. De mammis mammalium, tanquam charactere primario totius classis. De integumento plerorumque mammalium. De oculis, auribus, naso, lingua et ore. De cornibus, praeci-

praecipuis armis nonnullorum mammalium. De instrumentis motus. De organis ſenſuum. De ſomno et vigilia. De oſſibus. De dentibus. De oeſophago, ventriculo, diaphragmate, liene, hepate, inteſtinis, peritonaeo, omento, meſenterio et receptaculo chyli. De corde, arteriis et venis. De pulmonibus et arteria aſpera. De glandulis et renibus. De partibus generationi inſeruientibus et propagatione mammalium. De glandularum ſuccis, ſaliua, ſucco gaſtrico, ſucco pancreatico. De bile, chylo et lympha. De ſanguine eiusque circulatione. De adipe, cerebro, medulla. De lacrymis, muco narium, ſordibus aurium, ſudore, vrina. De habitationibus et aetate mammalium. De modis variis mammalia venandi et capiendi. De vtilitate et damno mammalium. De ratione mammalia in muſeis ſeruandi. De diuiſione huius claſſis in ordines et genera, nonnullisque ſuper mammalibus libris praeſtantioribus. (Linnaeanum ſyſtema noſter reliquis omnibus praefert).

Introductionem ipſa excipit hiſtoria naturalis p. 149.
mammalium Germaniae. Prodeunt Veſpertilio auritus, murinus, noctula, pipiſtrellus, ſerotinus, ferrum equinum: Canis familiaris, lupus, vulpes: Felis catus, lynx: Muſtela foina, martes, putorius, furo, erminea, vulgaris: Lutra vulgaris, minor: Vrſus arctos, gulo, meles: Erinaceus europaeus: Talpa europaea: Sorex araneus, Daubentonii ſ. fodiens, leucodon, tetragonurus, conſtrictus (tres ſpecies poſtremas noſter pro varietatibus ſoricis aranei habet): Phoca vitulina: Cauia porcellus: Caſtor fiber: Mus rattus, decumanus, muſculus, ſyluaticus, agrarius, ſerocinus, amphibius ſ. terreſtris, gregarius, cricetus vulgaris, marmotta, citellus, glis, quercinus, auellanarius: Sciurus vulgaris: Lepus timidus, cuniculus: Ceruus elaphus, dama, capreolus: Antilope rupicapra: Capra ibex, hircus: Ouis aries: Bos bubalis, taurus: Equus caballus,

ballus, aſinus: Sus ſcroſa: Delphinus Phocaena. — Singularum ſpecierum leguntur characteres ſpecifici, deſcriptio copioſa, habitatio, cibi, propagatio, morbi eorumque remedia, inimici, deſtructio, captura, venatio, vtilitas, damnum eiusque auertendi ratio, nomina varia, varietates.

p. 789. In additamentis primo loco exſtat calendarium mammalium, vbi non modo mammalium habitationes mutabiles ac propagatio, ſed etiam variae adnotationes venatoribus oeconomisque vtiles ſecundum ordinem menſium breuiter proponuntur.

p. 811. Sequitur demonſtratio, qua ratione iuuentutis doctores hoc libro cum fructu vti queant, additurque huius vſus exemplum.

p. 825. Finem facit index locuples rerum praecipuarum et nominum.

Tabula prima ſiſtitur cor; altera veſpertilio ſerotinus et veſpertilio ferrum equinum; tertia canis lupus et felis lynx; quarta muſtela furo et muſtela erminea; quinta lutra minor et vrſus gulo; ſexta ſorex Daubentonii ſ. fodiens et mus decumanus; ſeptima mus agrarius et mus ferocinus; octaua mus marmotta et mus citellus; nona mus glis et mus quercinus; decima mus auellanarius et capra ibex; vndecima antilope rupicapra et ouis hiſpanica; duodecima phoca vitulina et delphinus phocaena; decima tertia — decima ſexta variorum mammalium veſtigia.

Alterum volumen hiſtoriam auium et amphibiorum Germaniae continebit multasque complectetur nouas obſeruationes, maxime ornithologicas. Vbi prodierit, de eo ad lectores referemus.

XVIII.

Einige Bemerkungen über das Phlogiſton von D. H. F. LINK. *Nebſt einer Anzeige ſeiner Vorleſungen. Göttingen, bey Johann Chriſtian Dieterich.* 1790. 8. *pagg.* 19.

i. e.

i. e.

Animaduerſiones de phlogiſto. Auctore H. F. LINK, M. D.

Clar. auctor GRENII hypotheſin, phlogiſton ſpecifice leue eſſe, vtpote omni analogiae contrariam repudiat. Antiphlogiſticorum theoriam hypotheſi phlogiſticorum praeferendam cenſet, variisque experimentis confirmare conatur. Nouam tamen Gallorum nomenclaturam chemicam parum probat, omninoque ſuadet, vt nomina, quoad eius fieri poſſit, nihil ſignificantia eligantur, ne mutata diſciplinae chemicae facie idearum confuſio oriatur.

XIX.

Bergmänniſcher Kalender für das Jahr 1790. *von* ALEXANDER WILHELM KÖHLER, *Sekretair bey dem churfürſtl. ſächſ. Oberbergamte zu Freyberg, öffentlichem Lehrer der Bergrechte bey der Bergacademie ebendaſelbſt, und der Leipziger ökonomiſchen Societät Ehrenmitglied. Freyberg und Annaberg, in der Craziſchen Buchhandlung.* 8. *pagg.* 290. *cum iconn. partim coloratis.*

i. e.

Calendarium monticolarum anni 1790. Auctore ALEXANDRO GVILIELMO KÖHLER, iuris montaniſtici in academia Freibergenſi profeſſore publico etc.

Inſtituit clariſſimus KÖHLER calendario quotannis edendo monticulturae, maxime in Saxonia, rationem notam reddere ſimulque diſſertationes mineralogiam in vniuerſum ſpectantes euulgare; quod inſtitutum Germaniae, quantum ſcimus, proprium nemo non laudabit, qui norit, quantopere mineralogiae

ſtudium noſtra aetate ferueat, quidque tali in re ab academiae Freibergenſis profeſſore exſpectari poſſit. Initium factum eſt anno 1790, huiusque anni calendarium tanto plauſu exceptum fuit, vt nuper calendarium anni inſequentis prodierit, de quo ſuo loco verba faciemus.

Primo loco exſtat generalis diuiſio temporis apud monticolas Saxoniae vſu recepta, epochaeque recenſentur hiſtoriae monticulturae Saxonicae. Tum calendarium ipſum ſequitur.

pag. 1. Calendarium excipiunt indices accurati omnium menſurarum in montium cultura vſitatarum, atque enumeratio eorum, qui in monticultura Saxoniae aliquod officium ſuſtinent. Sequitur deſcriptio ſuccincta rationis monticulturae in electoratu Saxoniae terrisque cum eo coniunctis.

p. 40.

p. 163. Tum reperitur ſciagraphia phyſicae ſubterraneae, auctore C. A. S. HOFFMANN. Haec ſciagraphia maximam partem e ſcholis geognoſticis clariſſimi WERNERI, mineralogiam Freibergae profitentis, deſumta eſt atque ita comparata, vt, qui iam aliquam oryctognoſiae cognitionem ſibi pararunt, prima phyſicae ſubterraneae elementa facili negotio addiſcere poſſint. — Praemiſſis animaduerſionibus ſedes foſſilium, faciemque corticis globi noſtri exteriorem in vniuerſum ſpectantibus interior eius natura diligenter conſideratur. Primum agitur de montibus primitiuis. Via humida orti ſunt, priusquam corpora organica, ſaltim animalia marina exiſterent; nam carent petrefactis, qui eſt character horum montium certiſſimus prorſusque eſſentialis. Maſſae autem eorum ſunt ſequentes. 1) Granites. A textura granuloſa nomen accepit. Conſtat ex quarzo, feldſpato et mica, raro cryſtalliſatis. Feldſpatum fere maximam maſſae partem, mica minimam conſtituit. In aëre viciniaque venarum metallicarum feldſpatum interdum fatiſcit, adeo-

adeoque in terram porcellaneam reſoluitur. Pariter mica aquis vaporibusque ſubterraneis in ſteatiten ſaepe mutatur. In granite interdum caſu reperiuntur ſchoerlus niger, rariſſime granatus, forſitan etiam beryllus. Color granitae fere a feldſpati tinctu dependet. Granites copioſiſſime omnium occurrit, videturque nucleum telluris efficere. Datur tamen etiam granites, cuius origo recentior eſt. Montes granitici ſaepiſſime ſtannum, ferrum, molybdaenam, rariſſime argentum cobaltumque continent. 2) Gneiſum. Graniten proxime contingit, in eumque manifeſto tranſit. Perinde, vt granites, e quarzo, feldſpato micaque conſtat, ſed textura ſchiſtoſa ab illo differt. Feldſpatum ac quarzum plerumque eadem fere proportione in gneiſo inſunt, ſed mica minimam eius partem conficit. Feldſpatum ſaepe fatiſcit inque terram adeo porcellaneam reſoluitur, vnde ſaepe factum eſt, vt mineralogi non feldſpatum, ſed argillam in gneiſi partibus numerarent. Etiam mica interdum, maxime in vicinia venarum metallicarum, in ſteatiten mutata occurrit. Caſu in gneiſo reperias granatum vulgarem, ſchoerlum nigrum, ſchoerlum electricum. In montibus gneiſeis ſaepe ſtrata calcarea inſunt, quorum adeo origo non minus antiqua cenſenda eſt. Metallorum ſunt ditiſſimi. 3) Schiſtus micaceus. Gneiſum contingit, in eumque tranſit. Conſtat e quarzo et mica. Textura eſt ſchiſtoſa. Vix granato caret. Venarum metallicarum ferax eſt. 4) Schiſtus argillaceus. Non omnis eſt montibus primitiuis adnumerandus. Caſu inſunt quarzum, rariſſime feldſpatum, ſchoerlus niger, granatus, hornblenda. Hic ſchiſtus tanquam ſpecies complectitur ſchiſtos ſiliceum, cotarium, aluminarem, chloriticum et talcoſum. Venis metallorum ſcatet. 5) Syenites. Iam a Plinio memoratur. Longe recentioris eſt originis illis maſſis. Cum granite fere confuſus fuit. Nam cum tex-

tura eſt granuloſa, tum conſtat e feldſpato, hornblenda, interdum paullo quarzi, rarius pauxillo micae. Interdum metalla continet. 6) Porphyrius. Eſt argilla indurata, corneus, obſidianus, aut piceus, cui maſſae feldſpatum, quarzum et hornblenda, interdum etiam mica inſperſa ſunt. Maximam partem recentioris eſt originis prioribus maſſis. Interdum metalla tenet. 7) Quarzum. 8) Calx primitiua. Textura granuloſa eſt. Saepe quarzum micamque, nonnunquam etiam hornblendam, talcum actinotum, asbeſtum, ſteatiten ac ſerpentinum continet. Hic illic metalla, maxime plumbum, in ea occurrunt. 9) Serpentinus. Videtur montibus huius claſſis recentiſſimis adnumerandus. Caſu continet asbeſtum, amianthum, talcum, ſteatiten, lithomargam, micam, rariſſime granatum. Fere metallis caret. 10) Saxum topazium. Conſtat e topazio, quarzo, ſchoerlo nigro et lithomarga, ac plerumque textura granuloſa eſt. Hucvſque tantum in Saxonia repertum eſt. Metallis caret. 11) Schiſtus porphyreus. A plurimis minerologis ſchiſtus corneus dicitur. Schiſtus porphyreus duaeque ſequentes maſſae vix poſſunt montibus primitiuis accenſeri. Nihil metallorum tenet. 12) Saxum glanduloſum (amygdalites). Maſſa princeps e wacca conſtat, tenetque nunc chalcedonium, nunc achaten, zeolithum, ſpatum calcareum, ſteatiten, lithomargam, terram viridem et hornblendam. Colore eſt fuſco. Rariſſime aliquid cupri regulini continet, fereque omni caret metallo. 13) Baſaltes. Inſperſas plerumque habet cryſtallos hornblendae ac granae chryſolithi, raro zeolithum, rariſſime micam, nonnunquam aliquid boli. Satis conſtat, baſaltae originem viae humidae a Freibergenſibus attribui. Metallis, ſi ferrum excipias, caret. — Montes ſtratoſi (*Flötzgebirge*) longe recentioris ſunt aetatis pariterque ex aquis praecipitati. Fere petrefactis, quae continent,

agno-

agnoſcuntur. Noſter recenſet ac deſcribit 1) montes ſtratoſos calcareos, 2) montes ſtratoſos arenaceos, 3) montes ſtratoſos lithanthracinos, 4) montes ſtratoſos cretaceos, 5) montes ſtratoſos ſalis foſſilis, 6) montes ſtratoſos gypſeos, 7) montes ſtratoſos argillae martialis. — Montes vulcanici duas in claſſes diſpeſci poſſunt. Alii ſuam debent igni originem ac vere vulcanici dicuntur. Alii, pſeudouulcanici, tantummodo aliquam per ignem mutationem ſuſtinuerunt. Horum montium maſſae fere ſunt naturae argillaceae. — Quartam montium claſſem conſtituunt ſtrata e claſſium priorum particulis conſtantia aquarumque alluuione depoſita. — Iam noſter de foſſilium ſedibus ſpecialibus, h. e. venis etc., diligenter agit. — Additae ſunt tabulae aeneae, quibus varia phyſicae ſubterraneae capita egregie illuſtrantur.

Ipſum calendarium ornant ſex icones coloribus diſtinctae, veſtitum varium monticolarum Saxonicorum iisque praefectorum exhibentes.

XX.

Diätetik vorzüglich für Studierende vom Pater FEYJOO, *General des Benedictiner-Ordens, aus dem Spaniſchen ins Engliſche und aus dieſem nun ins Teutſche überſetzt, nebſt den aus vieljähriger Erfahrung gezogenen Geſundheitsregeln D.* JOHN FOTHERGILL'S *und deſſen diätetiſchen Bemerkungen über den idiopathiſchen fixen Kopfſchmerz, verteutſcht und mit Anmerkungen herausgegeben von* CHRISTIAN FRIEDRICH MICHAELIS, *Doctor der Heilkunde und Arzt am Johannis-Hoſpitale zu Leipzig. Zittau und Leipzig. Bey Johann David Schöps. 1790. 8 mai. pagg. 328. ſine dedicatione, praefatione germanici anglicique editoris, et contentorum indice.*

i. e.

i. e.

Patris FEYJOO diaetetica potiſſimum in vſus eorum, qui litteris incumbunt, ex hiſpanico in anglicum et ex hoc nunc in teutonicum verſa, vna cum IOH. FOTHERGILL regulis diaeteticis ex experientia multorum annorum petitis, atque EIVSDEM obſeruationibus diaeteticis ſuper cephalaea idiopathica, germanice redditis annotationibusque ſubiunctis editis a CHRIST. FRID. MICHAELIS.

Nec anglicus nec teutonicus huius libri *) editor ampliorem auctoris notitiam exhibet, niſi quod prior illum non adeo multis abhinc annis Oueti mortuum eſſe aſſerat: quod ſi ita ſit, ipſum longaeuitate ſua, fidem fere ſuperante, praeceptorum a ſe traditorum veritatem comprobaſſe vtique fatendum eſt, ſiquidem ex libro ipſo apparet, illum poſt annum decimum octauum, et ad ſummum, ſi prioris editionis anglicae **) rationem habeamus, quarto decennio huius ſaeculi prodiiſſe, licet in noſtra poteſtate non ſit dirimere, vtrum recentior editio, praefixo tantum nouo forſan titulo, cum priori vna ſit eademque, nec ne, ideoque mortis auctoris tempus inde definiri nequeat. Rarum autem miratuque omnino dignum iudicamus, in monacho hiſpano illius aeui tantam ſcriptorum

*) Rules for preſerving Health particularly with regard to ſtudious Perſons in three Treatiſes translated from the Spaniſh of the Rever. Father FEYJOO, Maſter general of the Order of Sct. Benedict. London MDCCLXXXVII.

**) The uncertainty of Phyſick being a Translation of the Spaniſh of BENITO GERONIMO FEYJOO, by E. D. London 1739. 8. mai et B. GER. FEYJOO expoſition of the uncertainties in the practice of phyſic. Lond. 751. 8.

ptorum medicorum, diuerſae adeo fidei confeſſionis, cognitionem deprehendi, qui per plures annos cum aduerſa valetudine conflictatus a medicorum viuorum familiaritate ad conſulendos auctores deuenit, et inde, non quidem abſque fallaciis in concludendo, ſe ipſo forſan inſcio commiſſis, iudicioque medicis de hac vel illa opinione a ſe propoſita relicto, quod in medicos cadere debebat, in ſcientiam ipſam coniecit, rectius tamen, quantum nobis iudicare licet, meliusque, quam recentius celebratiſſimus iſte IOH. IAC. ROUSSEAU: neque inutilem operam nauaturum fuiſſe alterutrum traductorem arbitramur, ſi iudicia auctoris correxiſſet, et quae recentior aetas ad maiorem ſcientiae perfectionem contulerit, docuiſſet.

Sectiones duae priores de incerto in medicina ex- p. 3.
ponunt, eo quidem ordine, vt primo auctor ſcriptorum recentiorum teſtimonia de imperfecta medicinae conditione adducat, deinde ex hiſtoria medicinae (ſed manca) contradictiones medicorum probet, inque hodierna praxi medicorum in Hiſpania diſſenſum vbique regnare oſtendat et exemplis venae ſectionis et purgantium illuſtret. De medicamentis pro genio ſaeculi laudatis et rurſus obliuioni datis. De vitiis medicorum in porrigendis remediis vel nimiis vel inutilibus. Quam parum vtilitatis ex obſeruationibus medicorum exſpectandum. Medico dedecori non eſſe, ſi inſcitiam ſuam fateatur. Iuſtum medicinae pretium. Requiſita boni medici, quorum maximum in facultate euentum morbi praedicendi ponendum (in exponenda prognoſeos neceſſitate vitae genus et confeſſio, cui addictus erat Auctor, nonnihil ſe prodit).

Sectio ſecunda. Diuerſitas temperamentorum. p. 70.
Diaeta varia ei accommodanda: contradictiones medicorum ſuper hoc argumento. Mediocritas in victu et potu ſeruanda: CORNARVM certe limites tranſiliiſſe, neque imitandum eſſe. Indulgentioris CELSI conſilium pariter cum prudentia ſequendum.

De

De motu corporis. Somnus poſt paſtum a multis temere damnatus. Aërem humidum non adeo nocere, exemplo Aſturienſium, qui diutius viuant quam Caſtilienſes; inſularum quoque incolas plerumque longiore vita frui, quam terrae continentis. Sola experientia ediſci, quae terra ſanitati conueniat nec ne, e. ſ. p. Aëris in cubiculis et conclauibus renouandi neceſſitas. De veſtimentis ſtragulisque corpus obtegentibus. Aquae ad potum ſalubrem requiſita. Nimiae ſcrupuloſitatis in praeceptis medicorum diaeteticis ſequendis noxae.

p. 122. Sectio tertia exhortationem ad viros doctos litterisque incumbentes ſiſtit. Refutatio praeiudicii, ſtudia litterarum vitae inſidiari, cum per exempla adducta, tum per ratiocinia: moderationem nimirum, qua docti plerique vtantur, fructum ipſius ſtudii litterarum eſſe, ſtudium hoc, modo ingenio ſit accommodatum, neque nimia contentione vrgeatur, plus oblectamenti quam laboris parere, quod tamen magis de ſcientiis theoreticis quam iis valeat, quarum exercitio ad panem comparandum opus ſit, v. c. medicina et iuris prudentia. Morbos litteratorum vel eoſdem eſſe, quibus et alii ſint obnoxii, vel in imaginatione ſola poſitos, vel ob debiliorem conſtitutionem non adeo impetuoſe agere quam in aliis robuſtioribus, ideoque facilius et tolerari et vinci. Praecepta litteratis neceſſaria: moderatio in ſtudiis; victus potusque ratio; motus corporis, potiſſimum etiam declamatio; viciſſitudo laborum et oblectamentorum.

p. 143. Accedimus ad regulas diaeteticas Cl. FOTHERGILL. tributas (ipſe enim, ſe earum auctorem non eſſe, aperte declarauit in tractatu de ſpecie quadam cephalaeae, Vol. VI. collectionis: *Medical Obſervations and Inquiries by a Society of Phyſicians in London*, inſerto, ex quo, quum ipſe liber iam praeſto non ſit, obſeruationes diaeteticas, quas Cl. MICHAELIS

calci

calci praeſentis libri ſubnexuit, depromtas eſſe arbitramur)*). Singularum ſectionum titulos hic addere ſuperfluum iudicamus. Egregia monita Cl. MICHAELIS annotationibus ſubinde illuſtrantur, ex quibus paucula tantum excerpere liceat. Balneum in infantibus nonniſi ieiuno ventriculo adhibendum. Frigidum plerumque differtur, donec infans aliquot menſes expleuit aut tempus aeſtiuum acceſſit; ſi poſt illud infans pallet, friget vel obrigeſcit, differendus eius vſus, donec plus vigoris acceſſerit, et ſi iterato tentamine idem rurſus accidat, ab eo prorſus abſtinendum. Infans menſe minor ſitu erecto non tenendus, ne limus reddatur. Artus inferiores ſaepe manu calida vel panno rudiore fricandi, potiſſimum interiora femorum et genuum articulationesque; ſic etiam pectus mane et veſperi manibus ſurſum. Ex annotationibus Cl. MICHAELIS: commendatio cuſcitae plumeae abdomini earum, quae infantes geſtant, alligandae, cui infans femoribus demiſſis inſidere poſſit. Laudes b. FOTHERGILL et conſtitutorum ab eo legatorum. De noxis ab accenſa luce in cubiculis inter dormiendum. De vſu balneorum tepidorum, inprimis ſubiunctis iuſculis cum plantis diureticis coctis, aut parcis doſibus ſalium mediorum, in tarditate alui aut vrinae aetati prouectiori familiari. De vitiis calidorum potus generum, abuſu potus nimii, fumi puluerisque ſternutatorii ex tabaco. De innoxia qualitate aquae ex glacie liquata. De abuſu ſtragularum. De commodis earum diſtractionum animi, quae cum motu corporis coniunctae ſunt. De vitiis in ſic dictis curationibus prophylacticis committi ſolitis. De vſu induſiorum laneorum ſuper nudo corpore geſtorum. Diuerſae auctorum quorumdam claſſificationes temperamentorum: Cl. KITE, proxime a nobis indicandi,

*) Vid. *Götting. Anzeigen von gelehrten Sachen* 1785. N. 176.

di, diuiſio fere congruit cum Cl. LOBB *), et Cl. MICHAELIS ipſius in duo temperamenta, nimirum laxum, frigidum, aquoſum, cum quo naſcimur, et ſtrictum, ſanguineum et feruidum, quod multi conſiſtente aetate acquirunt, propemodum cum ill. METZGER **). In fine anglicus auctor regulas quaſdam diaeteticas ex PLVTARCHO addit.

p. 305. Vltima pars libri continet Cl. FOTHERGILL obſeruationes ſuper diaeta in cephalaea idiopathica ex vol. VI. obſeruationum et diſquiſitionum medicarum eiuſdem (vide, quae ſuperius monuimus). Morbi ipſius deſcriptionem hic deſideramus: agitur tantum de cauſſis, quae in nimia copia alimentorum aſſumtorum, potiſſimum Anglorum victus habita ratione, ponuntur; magis enim quantitatem quam qualitatem nocere. Panis quoque nimiam copiam detrimentum inferre, inprimis ſi toſtus butyro oblinatur. Fructus horaeos ante meridiem ſalubriores eſſe, quam reliquis diei temporibus. Theam, coffeam, ſimiliaque potus genera optime, ſed modice tantum, protinus poſt prandium ſumenda, huncque Gallorum morem multo praeſtantiorem eſſe quam Anglorum, vino poſt prandium indulgentium. Cl. MICHAELIS etiam hic varias annotationes ſubiunxit, et ſtatim ſub initium formulam ex anglico diario *Univerſal Magazine* adduxit remedii prophylactici aduerſus cephalaeam iſtam, ex euacuantibus et tonicis compoſitam, ſed nonnili corporibus pituitoſis commendandam.

XXI.

WILLIAM DEASE'S, *Wundarztes am St. Nicolas- und St. Katharinen-Hoſpital zu Dublin, erfahrungsmaeßige Heilart der Luſtſeuche und der damit vergeſellſchafteten veneriſchen Zufaelle. Aus dem Engliſchen*

*) Vid. Comm. noſtr. Dec. III. Suppl. p. 180.
**) Eorumd. Vol. XXVII. p. 222.

*liſchen *) überſetzt, mit Anmerkungen, Zuſaetzen und einem Regiſter begleitet von* CHRISTIAN FRIEDRICH MICHAELIS, *Doctor der Arzneywiſſenſchaft und Arzte am Johannishoſpital zu Leipzig. Zittau, bey Iohann David Schöps.* 1790. 8. *mai. pagg.* 155. *praef. traductoris pagg. VI.*

i. e.

GVILIELMI DEASE methodus medendi lui venereae ſymptomatibusque venereis eidem ſociatis experientiae ſuperſtructa. Ex anglico vertit, annotationes, additamenta indicemque adiecit CHRIST. FRID. MICHAELIS.

Translationem huius libri in teutonicam linguam ideo vtilem futuram arbitratur Cl. MICHAELIS, quod medici chirurgique noſtrates opere tantum practico hucdum deſtituantur, neque facile libros egregios maiores totam hiſtoriam venerei mali completos, neque omnia ea opera, in quibus ſingularium morborum venereorum mentio fiat, comparare ſibi queant (at tunc non ipſe lectores ad Cl. HVNTERI p. 56. opus amandare debuiſſet, vbi de ſtrictura vrethrae, gonorrhoeae ſecundariae cauſſa, diſſerit). Inde etiam laudabili conſilio annotationes copioſiores addidit, in quibus ſaepe auctoris dicta non illuſtrat tantum, verum etiam, vbi opus viſum fuerit, corrigit. Iam ex inſtituti noſtri ratione ordinem dictorum indicabimus, et quae attentione inprimis digna videantur, adducemus.

Introductio. Primo de origine luis in Europa. Variae eidem medendi methodi ſucceſſiue adoptatae. Spe-

*) Obſervations on the different methods of treating the venereal diſeaſe by WILL. DEASE. Dublin 1781. 8.

Sperandum eſſe, luem, iam mutata mercurialium administratione adeo mitem redditam, intra aliquot saecula prorsus disparituram, nec nisi nomine ac descriptione, vti nunc leprae, eiusdem notitiam remansuram. Decocto saturato saponariae HVNDERTMARKIVM morbos grauissimos viciſſe, Cl. MICHAELIS αυτοπτης testatur *).

p. 19. Cap. I. Generalis luis venereae eiusque propagationis descriptio. Propagationem per haereditatem Cl. MICHAELIS, vti in aliis iam scriptis a se editis, negat, et tunc demum assumit, quum fetus in partu potissimum difficili diutius in vagina vlceribus obsita moratur (de quo argumento inferius iterum prolixe disserit).

p. 31. Cap. 2. De gonorrhoea eiusque curatione. Clysterum vsus laxantibus antiphlogisticis non aequiparandus. Opii vim aphrodisiacam semper animaduertit Cl. MICHAELIS, quotiescumque aegris illud exhiberet, symptomatibus tamen inde non peioribus redditis. In stadio secundo gonorrhoeae pilulae ex mercurii viui parte vna et gummi arabici duabus additio puluere glycyrrhizae, vel solutio Plenkiana, commendantur, quae etiam in vrethram iniicienda: in tertio stadio pilulis istis aliqua rhei portio admiscenda, et vbi saliuationis initia apparent, salino-mannatis vtendum.

p. 50. Supplementum Cl. MICHAELIS de gonorrhoea mulierum, potius fluoris albi venerei nomine insignienda: eam solis topicis, regimine exacto, et in laxioribus subiectis roborantium vsu impugnandam esse, nec mercurio aut decoctis egere.

p. 54. Supplementum alterum de gonorrhoea secundaria vtriusque sexus. In feminis, nisi vlceri carcinomatico

*) Omnino hic adducendae fuissent obseruationes Cl. JURINE, vid. Comm. nostr. Vol. XXVIIII. p. 333. sequ.

matico vteri ortum debeat, iniectionibus roborantibus et interno vſu magneſiae, interpoſitisque pilulis ex calomelano, reſina ialapae et trochiſcis alhandal, ac tandem cortice peruuiano curatur.

Cap. 3. De tumore penis, phimoſi et paraphimoſi. p. 59.
Non corpora cauernoſa, ſed integumenta penis ſedem inflammationis eſſe, et illa ſuppuratione demum tota corripi. De vtilitate opii cataplaſmatibus emollientibus aduerſus phimoſin additi. Noxae vnguentorum mercurialium in vlceribus venereis, quamdiu inflammationis gradus quidam ſupereſt. Vomitus in phimoſi protinus ab initio, praemiſſis neceſſariis euacuantibus, turpetho minerali excitatus et repetitus interdum ſummae vtilitatis eſt, ſed maximam circumſpectionem requirit.

Cap. 4. De tumore teſticuli. Optima remedia ex- p. 69.
terna fomentatio communis, cuius ſingulae librae vnciae aquae Goulardianae admiſcetur, et cataplaſma ex farina hordei cum eadem aqua paratum, ſedatisque ſymptomatibus inflammatoriis fotus vel cataplaſma ex cicuta, adhibito ſimul ſuſpenſorio, cum pilulis mercurialibus, ſapone et extracto cicutae additis. In ſuppuratione inciſio nec praemature, nec nimis magna fiat; in deligatione cauendum a ſcrupuloſiore fibrarum ablatione purisque abſterſione, ne teſticulus penitus ſoluatur.

Cap. 5. De bubonibus venereis. p. 74.

Cap. 6. De ſtranguria venerea. Variae eius cauſ- p. 78.
ſae, hasque in corpore viuo cognoſcendi difficultas. Verrucas longas coloris rubri, in ſuperficie diuiſas et baccam rubi referentes, in orificio vrethrae ſaepius conſpexit Cl. Auctor, paullum poſteriora verſus radices adhaerere viſas, vt adeo negari nequeat, eaſdem etiam profundius vrethrae adhaerere poſſe, licet hoc rarius obſeruatum fuerit. Frequentiſſimas autem cauſſas tumores glandularum vrethrae adiacentium,

vaſa varicoſa, anguſtationes et ſtricturas partiales vrethrae a cicatricibus relictas, ſcirrhumque proſtatae inuenit. Fidium muſicarum ex inteſtinis animalium paratarum prae reliquis cereis praeſtantia: medicamentorum illis ad ſuppurationem mouendam vel ad conſolidationem praeſtandam ingerendorum formulae. Emplaſtrum mercuriale cum extracto cicutae malaxatum in emolliendis marginibus calloſis vlcerum fiſtuloſorum perinaei poſt abſceſſus proſtatae maxime proficuum cognouit Cl. MICHAELIS. Cereorum cauorum in his caſibus vtilitas.

p. 97. Cap. 7. De lue venerea perfecta. Status aegrorum, morbos venereos mercurialiumque aduerſus eos vſum difficillimos reddens, potiſſimum diſpoſitio ſcorbutica ſeu ſcrophuloſa (quae tamen minus exacte diſtinguuntur et cum aliis acrimoniis confunduntur ab auctore noſtro), et debilitas neruoſa: praeparationes in his caſibus neceſſariae, ratioque effectus mercurii moderandi ac dirigendi, inprimis methodo per exſtinctionem. Mercurium non alterando, ſed euacuando agere: tutius eſſe, naturae ipſi committere, qua ratione vti velit ad euacuationem praeſtandam, quam directioni eiuſdem vi quadam vrgendae inſiſtere; leuemque ſaliuationem diutius protractae methodo per exſtinctionem omnino praeferri debere. Ex claſſe mercurialium ſalinorum ſolius mixturae Swietenianae meminit Cl. Auctor, quam vel ſpiritu vini additis camphora et ſyrupo papaueris erratici, vel aqua deſtillata additis ſale ammoniaco et ſyrupo corticum aurantiorum parat: eius vſus in affectionibus oſſium et cutaneis; in prioribus adhibitum ſimul decoctum guaiaci ſarſaparillae praeferendum. Cl. MICHAELIS mercurialibus quibuscumque mercurium ſolubilem HAHNEMANNI anteponit, inferiusque methodum traditam eumdem parandi, a Cl. inuentore ſecum communicatam

et ab ea, quam ipſe deſcripſerat *), nonnihil recedentem. Eiuſdem remedium ad auertendas ſaliuationis immodicae ſequelas: hepatis ſulphuris ex pulueris oſtrearum et ſulphuris crudi partibus aequalibus per decem minuta prima in catillo fuſorio ad albedinem candefactis ac deinde probe ſeruatis, grana ſex ad decem bis, ter vel quater de die ſumta, et ſuperhauſtum nonnihil potus acidulati, vt aër hepaticus euoluatur. Aduerſus verrucas venereas frictionibus non temere abutendum, ſed propoſita a Cl. SWEDIAUR **) ſuffimigia mercurialia, puluis ſabinae vel ſolus vel praecipitato rubro nuptus, vel liquor PLENKII ad condylomata, in vſum ducenda.

Additamentum Cl. MICHAELIS de lue venerea infantum recens natorum. Quae ſit eius de hoc argumento ſententia, ſuperius iam vidimus. Ophthalmiam gonorrhoicam quibuſdam dictam in noſocomio Argentoratenſi ſaepius conſpexit, cuius tamen origini venereae et matrum a contagio ſymptomatibusque venereis immunitas, et facilis ſine mercurio curatio contradicebant. (Inunctionem caprae iam b. LVDWIG ***) dubii effectus pronunciauerat, ipſumque coram ſimilem ei, qui hic ex Cl. GIRTANNER allegatur, euentum enarrare meminimus). p. 122.

Hiſtoriae morborum a Cl. Auctore ad confirmanda ea, quae in opere ipſo propoſuerat, conſcriptae, et ex his quaedam omnino attentione digniſſimae, ſed a nobis vix contrahendae. (Decoctum caſcarillae p. 136. et 138. ſine dubio error typographi.) Methodum Clarianam in decem aegris inefficacem expertus eſt Cl. Auctor. p. 129.

*) In praefatione libri: *Unterricht für Wundärzte über die veneriſchen Krankheiten, Leipzig* 1789. 8.

**) Practical Obſervations on Venereal Complaints, the third Edition. Edinb. 1788. 8. p. 232.

***) Inſt. med. clin. Lipſ. 1758. 8. p. 248.

p. 150. Accuratior methodus mercurium ſolubilem parandi, auctore Cl. HAHNEMANN, vti ſupra monuimus. Ad mercurii depurationem vnciae nouem mercurii corroſiui ex libris duabus aquae in vaſe terreo coquantur, ſolutione facta lamina ferrea vel claui ferrei pari aequalis circiter ponderis immittantur, coctio per horam continuetur, donec ſedimentum nigro cinereum vnciarum quinque vel ſex deiectum fuerit, quod ſaepius aqua edulcandum ac denique filtro ſiccandum eſt; tunc leniter calefiat, moderataque trituratione in mercurium currentem redeat. Huius v. c. ſemuncia ſenſim ſenſimque in vncias quinque ſpiritus nitri ingeratur, et vas vitreum apertum vaſi amplo aqua frigida repleto immittatur et in loco frigido calore infra 60° therm. Fahrenheit. ad ſolutionem reponatur, quae ſi iuſto lentius procedat, leni agitatione iuuanda; ſolutione fere peracta ſenſim plus mercurii, primo vncia vna, deinde circiter tres cum ſemiſſe, addendum, continuumque frigus renouata aqua ferundum. Poſt aliquot horas mercurius ſale albo obtegi incipit, qui ſenſim augetur, donec fere omnia in eum mutata fuerint, pauco vel nullo fluido ſuperſtite, et aliqua mercurii currentis portione relicta, quae deinde, fluido decantato, effunditur, vt ſedimentum ſolum reſtet, pauca aqua deſtillata eluendum chartaque bibulae immittendum, in qua ſine calore ſiccatum, poſtea in aquae deſtillatae vnciis quinque perpetua agitatione ſoluatur et reponatur, vt clareſcat, quo facto liquor iſte pellucidus in vas amplum vitreum infundendus eique ſpiritus ſalis ammoniaci cauſticus (ex ſola calce viua et ſale ammoniaco paratus, quum is, qui cineribus clauellatis conficitur, acidum ſalis contineat), continua agitatione addendus, donec perfecta ſaturatio obtigerit, quod ex eo cognoſcitur, ſi ſpiritus ſalis ammoniaci liquori nullam amplius turbationem nigredinemque impertit; tunc per

aliquot

aliquot minuta prima fortiter agitanda ſolutio, poſt ſex horas peracta praecipitatione decantanda, iterum librae duae aquae deſtillatae ſuperfundendae, omnia rurſus agitanda, per idem tempus ad praecipitationem reponenda, et tandem aqua caute decantanda, reſiduumque chartae bibulae immittendum et in aëre libero vel ſole ſine calore ignis ſiccandum, denique in puluerem conterendum et in vaſe vitreo ſeruandum. Hoc remedium a Blackiano potiſſimum colore nigro differre Cl. MICHAELIS docet, et doſi admodum exigua efficaciſſimum declarat. p. 115.

XXII.

WILLIAM ROWLEY'S, *der Arzneywiſſenſchaft Doctors, der Univerſitaet zu Oxford und der königlichen Geſellſchaft der Aerzte zu London Mitglieds, praktiſche Abhandlung über die Frauenzimmerkrankheiten, Nervenzufaelle, das hyſteriſche und hypochondriſche Uebel, den Schlagfluß und die Laehmung, den Wahnſinn und Selbſtmord, nebſt den nach neuern Grundſaetzen eingerichteten Kurarten. Aus dem Engliſchen überſetzt und mit Anmerkungen verſehen von D.* CHRISTIAN FRIEDRICH MICHAELIS, *Arzt am Johannishoſpital zu Leipzig. Breslau,* 1790. *bey Iohann Friedrich Korn dem Aeltern.* 8. *mai. pagg.* 616. *Praefatio Cl. Traductoris et Conſpectus ampliſſimus contentorum pagg. LXVIII.*

i. e.

GVILIELMI ROWLEY tractatus practicus de morbis mulierum, affectibus neruoſis, morbo hyſterico et hypochondriaco, apoplexia et paralyſi, delirio et autochiria, cum rationibus medendi recentiorum principiis accommodatis.

Ex anglico vertit annotationesque adiecit CHRISTIANVS FRIDERICVS MICHAELIS *).

Praefatio Cl. Traductoris duo praecipue merita huius operis commemorat in iisque commendandis prolixius verſatur: adiunctas nimirum obſeruationes anatomicas in eiuſmodi morbis demortuis, et operam in demonſtrandis damnis ex abuſu potus oriundis collocatam. Liber ipſe tribus ſectionibus conſtat, quarum prima de morbis mulierum variisque aliis affectionibus neruorum, ſecunda de delirio, mania et autochiria, et tertia de conuulſionibus et ſpaſmis agit. In genere notamus, nec morborum deſcriptiones, nec cauſſarum ſcrutinium, nec remedia propoſita vbique nobis placuiſſe: verum ineſſe ei plurima, quae attentione curatiorique diiudicatione perquam digna videantur. Iam contenta ipſius, qua fieri poterit, brevitate indicabimus, quae nobis prae aliis ſingularia occurrerint, ſimul commemoraturi.

p. 3. Methodus generalis morbos muliebres aliosque corpus humanum infeſtantes praecauendi. Solidorum generatim magis quam fluidorum rationem habet Cl. Auctor. Liberaliorem draſticorum vſum ad tollendam obſtructionem habitualem iure ſuo tuetur Cl. MICHAELIS.

p. 10. De chloroſi. Idem eiuſdem iudicium de praepartis inertibus, cinnabari et aethiope minerali, aliis quoque locis repetitum. Puluerem mineralem purificantem frequentiſſime in aegris cacochymicis vtriusque ſexus adhibuit Cl. Auctor, vel fortiorem ex aequalibus partibus florum ſulphuris, nitri et argenti viui, vel mitiorem ex nitri partibus duabus, reliquorum parte vna.

De

*) A Treatiſe on female, nervous, hyſterical, hypochondriacal, bilious, convulſive diſeaſe, apoplexy and palſy, with thoughts on madneſs and ſuicide etc. by WILL. ROWLEY, M. D. London 1789. 8.

De ſuppreſſione fluxus menſtrui. Sub hoc nomine Cl. Auctor plenariam eius ceſſationem ante annum quadrageſimum intelligit. Vſus ſemicupiorum ex aqua tepida et ſale contra qualecumque refrigerium accidentale. p. 22.

De menſtruis nimiis. Inter cauſſas fluxus nimii refertur extenſio indeque pendens dilaceratio ſeu eroſio appendicum (?) vteri a violentiore impulſu in arteriis et impedito regreſſu in venis. Diaetae parciſſimae vel perfectae abſtinentiae a cibo et potu vſus, inprimis vitato ſimul omni calore. Inter adſtringentia etiam terram ſtrigonienſem et bolum armenam reperimus: inter fortiora, in quorum vſu ſummam cautionem commendat, hauſtum ex aquae cinnamomi tenuis vnciis duabus, aluminis granis decem, ſanguinis draconis granis quindecim, tinctvrae thebaicae guttis quinque, ter vel quater de die repetendum, item vitrioli calcinati grana viginti, et florum zinci grana quinque ad decem ex tinctura roſarum; qua occaſione Cl. MICHAELIS vſum horum florum in aſthmate conuulſiuo depraedicat, ſicut eosdem pluribus in locis ad morbos neruoſos commendat. Vomitoria in hoc morbo prorſus reiiciuntur (quibus in vniuerſum minus fauere Cl. Auctorem, inferius pluribus videbimus). p. 31.

De fluore albo. In notula digreſſio de venenis, neque argumento exhauriendo ſufficiens, neque hic neceſſaria. p. 56.

De morbo hyſterico eiusque tribus ſpeciebus: flatulento, conuulſiuo, et cum rhoncho coniuncto ſeu apoplexiam mentiente. Hic potiſſimum in enarrandis explicandisque cauſſis et ſymptomatibus ordinem deſiderari poſſe putamus. Vim irritabilem muſculorum poſt mortem ſuperſtitem a principio nerueo illis adhuc inhaerente deriuat Cl. Auctor: ſententiam ipſius de neruis eorumque actione ſectio ſecunda vl- p. 70.

terius declarabit. De communicatione conuulſionum in femellis ex ſolo aſpectu: de ſequelis curationum magneticarum. Venaeſectionis in morbo conuulſiuo et cum rhoncho coniuncto ſub ipſo paroxyſmo neceſſitas, niſi conſtitutio corporis eam interdicat. Curatio radicalis morbi hyſterici, tollendo congeſtiones in viſceribus infimi ventris, ſtatumque morboſum glandularum vaſorumque lymphaticorum corrigendo, per mercurialia antimonialibus nupta, ſimul adhibitis neruinis; iterum de inefficaci noxiaque adeo applicatione emeticorum, vti et nitri, opii. Conſtantia medici neceſſaria in exſequenda methodo medendi ſemel ſtabilita. Roborantium ſublatis obſtructionibus neceſſitas.

p. 127. De diaeta in morbis neruorum. Victus animalis exquiſitus vegetabili praeferendus.

p. 130. Cautiones animaduerſionesque practicae. Rurſus de errore eorum, qui vomitoriis bilem ex ventriculo eiicere ſtudent: praeſtare, eam lenioribus aloeticis (?), ſapone (?) vel aliis euacuantibus iunctis ad inferiora deriuare. Mors ſubita a vomitu vehementi ſpontaneo, ventriculo inde in cauum pectoris intruſo dextrumque pulmonem e ſede ſua pellente. Inter remedia palliatiua camphoram, valerianam, oleum animale et caſtoreum minus calida eſſe gummi ferulaceis. Sanguinis miſſionis localis ſumma neceſſitas in affecto cerebro. Apoplexiae ſanguineae et ſeroſae Cl. MICHAELIS nerueam addit, praecipue a vaporibus ſuffocantibus ortam, nullis euacuantibus, ſed ſolis neruinis excitantibus tollendam *). Influxus eorum, quae in animam agunt, in morbis neruorum. Rurſus exemplum morbi neruoſi per excitatam phantaſiam communicati.

De

*) Inferius p. 557. Cl. MICHAELIS inprimis commendat ZVLIANI commentarium de apoplexia praeſertim neruea, Brix. 1789.

De variis ſymptomatibus ab affectione neruorum oriundis: ſecundum actiones naturales, vitales, et animales. Ariditas cutis. Sudor nimius. Flatus ventriculi. Singultus. Strictura oeſophagi. Cardialgia ſeu ſoda. Bulimus: Cl. MICHAELIS etiam famoſiſſimi Kolnickeri, quem ipſe quoque Cl. ROWLEY cognouiſſe videtur, meminit, in eo tamen errans, quod ſectionem eius nihil praeter naturam obtuliſſe addat, cuius contrarium ex Cl. VOGEL diſſertatione patet. Vermes. Appetitus deprauatus. Spaſmi ventriculi: exemplum enormis eiuſdem inflationis figurae conicae a comeſtis piſis, pilulis ex calomelano et rheo, mixtura oleoſa, tinctura foliorum ſennae, ſpiritu cornu cerui et ſimilibus curatae. Aquae ex ventriculo aſcenſus. Nauſea abſque vomitu: iterum de emeticorum abuſu. Vomitus: in vltima periodo febrium putridarum Indiae occidentalis Cl. Auctor ſanguinem reſolutum per cutim exſudaſſe conſpexit; inde veroſimile putat, eamdem transſudationem in primis viis vomitum cruentum et diarrhoeas colliquatiuas efficere poſſe. Bilis in ventriculo. Flatus in eodem et inteſtinis. Obſtructio alui, probe ab eiuſdem tarditate diſtinguenda: Cl. MICHAELIS eos, qui debilibus et ad ſpaſmos pronis inteſtinis laborant, in fructuum horaeorum ſiccatorum vſu cautius verſari debere monet. Faeces bilioſae, nigrae, argillaceae: inſufficientia acidorum in ictero iam formato. Aluus laxior (p. 202. l. 16. ſenſus nobis obſcurior videtur): opii in ea abuſus; praeſtantiora antiſpaſmodica. Atrophia neruoſa. Colica neruoſa. Vermes: ſymptomatum illorum conuenientia cum hydrocephalo interno, cuius tamen ſignum pathognomicum dilatatio pupillae (?); inter remedia mucum inteſtinorum reſoluentia ſuccus ſcillae recentis ita dilutus, vt vomitum non moueat; item ſuccus expreſſus graminis. Haemorrhoides. Prolapſus ani. Strictura vrethrae ſpaſtica. Inuoluntarium vrinae p. 155.

vrinae profluuium. Dolores vteri a difficultate menſtruationis, a grumis ſanguinis in eo haerentibus: varia exempla vteri in molem immenſam expanſi fluidisque vel concretionibus ſolidis repleti. Prolapſus vteri: balneis frigidis nonniſi cum ſumma circumſpectione vtendum. Dolores in parte anteriore capitis; pediluuiorum ex aqua cum ſpiritu ſalis communis vſus in affectionibus rheumaticis ſeu arthriticis. Dolores in occipite, maioris momenti quam priores: in vtrisque diaetae ſiccae, vt in aliis morbis etiam inflammatoriis, commendatio: in addita nonnulla dubia de exiſtentia fluidi nerui: Cl. Auctor iniectione ſubtiliſſima arterias replens, ad neruos omnes penetrante, in his microſcopio innumeras arteriolas venis vaſiſque lymphaticis ſociatas detexit, ex quibus ergo nerui penitus conſtare videantur. Dolores capitis remittentes et intermittentes: horum curatio eadem, quae febrium intermittentium, ex qua itidem vomitoria et laxantia ſalina excludit Cl. Auctor, ſed primis viis laxante tonico, adiuncto carminatiuo, euacuatis, alternis veſperis refractas doſes mercurii dulcis cum pilulis Ruffi vel extracto cathartico, et quam primum febris aut cephalalgia ceſſet, corticem peruvianum roborantibus diaetaque adiutum exhibet; etiam abſque cortice vitriolum album in ſaturato decocto florum chamaemeli ſolutum febrem profligant. Similis medendi ratio aliis morbis intermittentibus conuenit. Refutatio errorum in tractandis his febribus adhuc ſollemnium: iiſdem nimirum alios morbos tolli, neque ergo eas praematurе curari debere; corticem eſſe remedium ſpecificum aduerſus eas; illum, ſi purget, opii connubium poſtulare; ac tandem iterum de abuſu vomitoriorum. Salem ammoniacum ipſe ſe non tentaſſe fatetur. Ab hac digreſſione iterum ad ſymptomata morborum neruoſorum progreditur. Delirium vagum. Somnolentia. Stupor: vis

cicutae

cicutae in infirmanda memoria. Agrypnia. Incubus: eius cauſſae tam leuiores quam grauiores. Mutatus animi ſtatus: quantum in eo valeat humorum praeternaturalis conditio; phyſiognomicae ſcientiae vſus medicus. Dolores vagi. Rubor et calor vagus, vel ab animi affectu, vel ab aëre fixo aut alius qualitatis euoluto. Senſus crepitationis, qualis ab emphyſemate, ex iiſdem cauſſis: in capite curatur ſcarifatione in parte ſuperiore colli. Debilitas imaginaria et motus cuiuscumque metus. Diuerſitas pulſus in debilitate neruorum. Febres erraticae: noxae rigoroſioris diaetae in iisdem. Aſthma. Tuſſis et dyſpnoea neruoſa, ſiue ſympathica ſiue idiopathica: aſſae foetidae aliorumque antiſpaſmodicorum cum alkalinis volatilibus iunctorum, camphoraeque laudes; opii parciſſimus vſus vel plane nullus. Dolores mediaſtini, pleurae, diaphragmatis, ſaepe ab acrimonia arthritica vel rheumatica (p. 289. de venae ſectione poſt animi affectum vehementiorem obſcuritas). Tandem clyſterum euacuantium, antiſpaſmodicorum et alterantium diuerſitas et vſus in morbis neruoſis.

Progredimur ad ſectionem ſecundam. Diſtinctio p. 293.
delirii in melancholiam et furorem. Quasnam delirii cauſſas auctores aſſumſerint, et quae fundamenta curationis iis ſuperſtruxerint. Extiſpicia, cum ex propriis Cl. Auctoris, tum aliorum obſeruationibus petita. Concluſiones ex iis: qualibet contentione animi iuſto maiori ſanguinem maiori impetu ad caput vrgeri ideoque venas encephali dilatari, earum elaſticitatem deſtrui, maioremque ſanguinis moram effici, ideo hunc corrumpi corruptionemque toti corpori communicare. Diuerſitates delirii a diuerſis corporum conditionibus. Sanguinem in encephalo accumulatum aut vires facultatum animae aut corporeas intendere: ſi alterutrum contingat, delaſſationem; ſin vtrumque, maiorem debilitationem, imo paralyſin

ſubſe-

ſubſequi. Propenſio ad hoc vel illud, non raro de-
lirio tranſitorio ſimilis, commode *attractio mentis* vocanda: *attractiones corporeae* ab aſſimilatione et coniunctione particularum nutrientium pendentes, cuilibet indiuiduo in diuerſa proportione propria, vnde diuerſus corporum habitus et temperamentorum varietas, iam in primo forte embryonis ſtamine praeſens; inde etiam morborum in variis ſubiectis variationes. Quantum in augendis his variationibus res externae, diaeta, clima, labores corporis atque ipſius mentis valeant. Attractiones mentales rationis imperio non amplius ſubditae iam amentiam conſtituunt, propenſione ad ſuperbiam, impudentiam, ſimulationem, odium, inuidiam ſe prodentem, et delirio propiorem, ac facile in illud tranſeuntem. Cauſſae maioris illius frequentiae in Britannia, quam alibi: luxus, artes ad ſummum faſtigium euectae, diuitiae, et effraenis licentia in rebus cum ſacris, tum politicis. Ex his aliisque cauſſis remotis animum agitantibus delirium idiopathicum: ſymptomaticum a cauſſis morboſis remotis corporeis, facilius curatu quam prius. Difficultas explicandi effectus cauſſarum corporearum ad producendas mutationes in anima. Neque ſecretio fluidi cuiuſdam in cerebro, neque motus eiuſdem in neruis, demonſtrari poſſunt: ligatura neruorum non niſi regreſſum ſanguinis per venas tollit: calor a ſanguine per arterias moto proficiſcitur, hocque quieſcente ceſſat, et perfectam eius ceſſationem mors ſequitur: fluidum ergo nerueum ſeu ſpiritus animales inter entia rationis referri oportet, licet omnino exiſtat aliquid neruos agitans, ſiue id vires neruea, ſiue influxum nerueum, ſiue principium nerueum dicas, naturae tamen nobis incognitae: electricam indolem ſubtilitas ipſius innuit, quam vero ligatura non electrica retineri poſſe a vero abeſt; cerebrum non eſt organon ſecretionis, ſed ſolummodo aſſeruationis, in

quod principium iſtud deponitur, forſan ex partibilis lucis vel ignis conſtans, ope inſpirationis in corpus ingeſtum et per circulationem ad cerebrum vi attractiua, vt alia liquida ad organa ſecretioni ipſorum dicata, delatum. Effectus diuerſi preſſionis cerebri, irritationis neruorum, et ſtimuli ab acrioribus humoribus cerebro illati. Requiſita ad qualemcumque morborum producendum neceſſaria: mutatio ſanguinis aut aliorum humorum; irritatio ſiue vniuerſalis ſiue partialis inde nata; actio ſyſtematis arterioſi, vel in totum vel partialiter aucta ſeu imminuta; et ſenſatio morbi vel vniuerſalis vel localis, animae per nerpos aut totius corporis aut partis affectae communicata. Stahlianos aeque ac mechanicos erraſſe in determinanda actione animae in morbis. De animae incremento: in vtero forte ſtimulum inſitum ei inde ad circulum ſanguinis nonnullasque ſecretiones; ad protinus poſt reſpirationem aëris atmoſphaerici, in pabulum vitae videatur, quoſdam effectus animae ſe prodere; ſucceſſiua facultatum ipſius euolutio. Vires eius, ſanguinem pro lubitu huc vel illuc amandandi, actionem cordis interrumpendi vel augendi, in totum corpus ope cerebri et neruorum agendi, et ſenſationes percipiendi. Impotentia eiuſdem, vitia cerebri ſuperandi aut ſtatum ſui ipſius turbatum ſentiendi (cuius tamen contrarium euincere videtur confeſſio autochiri *)). Mutationes praeternaturales cerebri, actiones animae turbantes, harumque turbationum ſequelae; ſimilis effectus a male affectis partibus per neruos cum cerebro communicantibus. Congeſtiones ſanguinis verſus cerebrum ab incitatione animae, furoris — et ab eiuſdem depreſſione, melancholiae cauſſae. Neceſſitas examinis ſtatus animae in morbis, praecipue ad prognoſin: in febris flauae Indiae

*) Vid. *Magazin zur Erfahrungsſeelenkunde, herausgegeben von* C. P. MORITZ, 1. *B.* 3. *St. Berlin* 1783. 8. *S.* 32.

Indiae occidentalis curatione Cl. Auctor ſummum auxilium in eo inuenit, vt metum ex animis aegrorum excuteret. Repetitio cauſſarum delirii ex antea dictis. ſanguis in venis encephali ſtagnando corruptus promensque partes ſeroſas ſanguinis in cerebro ad gradum definitum mutat, et coagulatione in ſubſtantia corticali ſeu medullari calloſitates, in membranis eiusdem neruorumque inflammationes generat, vti aliae acrimoniae in aliis corporis locis. Venena (miaſmata) putredinoſa contagioſa delirium periculoſius producunt.

p. 347. Prognoſis: maxime cauſſis, ſiue cognitae iam ſint ſiue per anatomen demum pateant, accommodata. Habitus corporis vegetus cum furore maiorem curationis ſpem facit, quam pallor melancholicorum: delirium haereditarium vel cum capite male conformato, vt in cilonibus, plerumque immedicabile. Multum etiam difficultatis faceſſit aegrorum obſtinatio.

p. 350. Curatio. Primo cauſſarum remouendarum et conſtitutionis aegri ratio habenda. Euacuationes ſuppreſſae quibus auxiliis reuocandae. Affectuum animi moderamen quomodo obtinendum: multa hic, ruſus occurrunt, ad aetiologiam potius pertinentia. Cl. Auctor hic vt teſtis αὐτοπτης triſte fatum medici Viennenſis enarrat, quem SWIETENIVS ob curationem hydropicae a ſe praeſtitam, de qua is deſperauerat, odio vatiniano, quod tamen ille quodammodo ipſe prouocauerat, perſequutus fuerat (notamus tamen in eo relationem hanc a veritate recedere, quod Swietenium poſt Mariam Thereſiam obiiſſe contendat, qui tamen ſeptem annos ante hanc mortuus eſt). Gaudium excedens corde nimis dilatato delirium producere poteſt. Duplex genus dilatationis vaſorum, delirii cauſſa: aut vi eorum nimis aucta cum ſanguine denſo, aut tunicis eorum nimis relaxatis cum ſtimulo ſanguinis acrioris; primum a diatheſi inflammatoria,

alterum

alterum ab atonia. Remedia vtrique oppoſita: in priori ſanguinis miſſiones, purgantia, diaeta ſicca, nitrum, camphora, antimonialium refractae doſes, aliaque antiphlogiſtica; in ſecunda, euacuantibus praemiſſis, protinus roborantia. Quaenam protractiorem curationem poſtulent: morbus inueteratus, conſtitutio corporis, acrimonia ad extenſionem vaſorum concurrens, remediis ſingulae acrimoniae oppoſitis oppugnanda. Seri in cerebro collecti euacuatio per remedia ſupra iam indicata, iunctis externis deriuantibus. Auxilia etiam tunc tentanda, vbi parum ſpei ſupereſt, cauſſas cerebro inhaerentes vinci poſſe; ſed talia eligenda, quae nulla ratione noxam inferant. Opium ad curandum morbum non laudandum, quum humores ad caput vehementius vrgeat aluumque obſtruat; ſolus eius vſus tamquam palliatiui in morbis incurabilibus interdum concedendus. Tutiora ſedantia ſunt in extenſione tonica vaſorum camphora et valeriana, in atonica gummi ferulacea.

De autochiria. Eam crimen eſſe ex principiis religioſis, politicis et moralibus: ſophiſmatum a I. I. ROUSSEAU propoſitorum refutatio (id tamen forte exceptionem quamdam admittit, neminem eorum, qui autochiriam defenderint, proprio exemplo eamdem commendaſſe: in contrarium praeter LVCRETIVM forte poſſet adduci ROBECKIVS *), et ſub ficto WERTHERI nomine nimis etiam apud exteros notus JERVSALEM **), et ARNSWALDIVS ***), modo philoſo- p. 387.

*) Exercitatio philoſophica de συλογῳ εξαγωγῆ, ſiue morte voluntaria philoſophorum et bonorum virorum — Recenſuit IO. NIC. FVNCCIVS. Rintel. 1736. 4. Recentiorem editionem ſub titulo Anti-Hegeſiae curauit idem Vir Cl. 1763.

**) Vid. *Berichtigung der Geſchichte des jungen Werthers. Frf. und Leipz* 1775. 8. S. 10. Argumentorum

loſophorum nomine eos dignos iudicauerimus; neque de ROSSAEI ipſius morte ſatis liquido conſtare, nuper modo legimus *)). Cauſſae remotae (praedisponentes) eaedem, quae delirii; propiores (occaſionales) morales (in his enthuſiaſmum religioſum conſiderauimus, cuius memorabile exemplum ill. METZGER **) tradidit). Autochiriam non fortitudinis animi, ſed vecordiae ſignum eſſe, Catonis exemplo monſtratur, non niſi odio erga Caeſarem et deſperatione ad eam deducti. Vires animae quantum paſſionibus corporis frangantur. Autochiros, licet in reliquis actionibus omnibus ſapuiſſe viſi fuerint, tamen ex idea fixa delirare. Remedia phyſica et moralia autochiriae praecauendae idonea. Lepida de VOLTARIO aliquando autochiriam meditato narratio optime huic tractationi finem imponit.

p. 401. Sectio tertia de conuulſionibus et ſpaſmis. Primo generalia. Variae eorum ſpecies. Motus muſcularis explicatio: prima eius cauſſa rurſus in actione animae in cor ponitur, quod inde ad maiorem copiam ſanguinis verſus caput vrgendum impellatur (p. 403. l. 13. et 14. ſenſus obſcurus). Conuulſionum ortus et animi motu aucto, alioue ſtimulo cerebrum afficiente. Rurſus de communicatione conuulſionum et de magnetiſmo (p. 411. in fine et ſequ. initio itidem obſcuritas).

enim in libro ipſo: *Leiden des jungen Werthers*, expoſitionem vtrum heroi hiſtoriae, an potius Editori tribuere debeamus, dubium vtique videtur.

***) *Authentiſche Briefe des Hauptmanns von* ARNSWALD, *der ſich am 29 September erſchoſs; nebſt der Geſchichte ſeines Todes, mit Anmerkungen herausgeben, Frankfurt und Leipzig* 1783. 8.

*) Quod crimen tamen diluit Cl. CAMPE, *Briefe aus Paris zur Zeit der Revolution geſchrieben, Braunſchweig* 1790. 8. *S.* 306 *und ff.*

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVII. p. 221.

ritas). Prognoſis. Extiſpicia numeroſa etiam in iis, vbi conuulſiones aliis morbis acceſſerant, nulla in encephalo labe praeſente; in aliis cerebrum affectum viſum fuerat, pariter tamen immune repertum. Curatio vniuerſim triplici cauſſarum generi, euacuationi, congeſtioni ab euacuationibus ſuppreſſis, ſtimulo animae vel corpori illato, applicanda. Opii vſus itidem tantum palliatiuus. Regiminis, vt in omnibus aliis morbis chronicis, ſumma neceſſitas. Olei animalis Dippelii vſum nonniſi palliatiuum perſpexit Cl. Auctor, qua occaſione in addita notula de nimio erga arcana chemica amore diſſerit. Alterantium mineralium vſus in conuulſionibus ab acrimonia ſcrophuloſa. De ſero in cerebro ſecundum et praeter naturam collecto: experimenta docuerunt, illud calore diſſipari, non lymphae ad inſtar ſpiſſius reddi; ideoque venis reſorberi. Spinae in lumbis bifidae, medullam nudam viſui offerentis, motu tamen extremitatum inferiorum ſuperſtite, exemplum, vbi infans 30. demum die conuulſus moriebatur. Diaeta ſicca ſublato etiam morbo, ne recrudeſcat, per totam vitam continuanda.

De morbis conuulſiuis in ſpecie. De conuulſione p. 447.
cereali, morbo in Anglia ignoto: iure Cl. MICHAELIS lectores ad TAVBIVM *) et MARCARDVM **) ablegat. De chorea S. Viti. De epilepſia: caſus viri, cui diuerſis vicibus durante paroxyſmo conuulſiones vtrumque femur diffregerant. De ſpaſmo cynico: eum VOLTARIO habitualem fuiſſe ſine eo, vt muſculi faciei paterentur; remedia non partibus affectis ipſis, ſed potius originibus ramulorum nerueorum ad eas pertinentium applicanda; cicutae effectus in vlceribus cancroſis plane nullus, vt bis ad ter mille caſibus Cl. Auctor vidit. De ſternutatione. De cordis palpi-

 tatione,

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXV. p. 531.
**) Eorumd. Vol. XXIII. p. 127.

tatione, tremore, anxietate: copioſa extiſpicia De ſin-
gultu: hic tamen vomitorium ſuadetur, ventricu-
bile aut nimia ingeſtorum copia repleto, cui ver-
poſtea laxantia leniora ſubiungantur; ſingularis ca-
ſus hominis, qui drachmas duodecim extracti Goula-
diani hauſerat, et periculi, in quo verſabatur, ignara
de nullo ſymptomate, niſi inſigni aſperitatis in oeſo-
phago ſenſu, ſapore dulci plumbeo leuibusque ruc-
bus eiuſdem indolis querebatur, copioſis clyſteribus
ſalino-oleoſis, hauſtu ex olei amygdalarum dulcium
℥vj, tincturae ſennae ℥ß, aquae menthae ſimpl. ℥j et
ſpiritus c. c. gtt. xxx crebro, poſteaque alio ex olei ea-
dem quantitate, infuſi ſennae ℥x, tincturae ialapae ℥j,
mucilaginis gummi arabici ℥iß dimidia quaque hora,
et quum aluus ſoluta eſſet, longioribus interuallis re-
petito, intra 22 horas reſtituti; femina a guttis de-
cem eiuſdem protinus ſenſu in abdomine priuata et
frigore extremorum correpta poſt 12 horas obiit. De
oſcitatione. De ſpaſmis tonicis. De catalepſi: cauſ-
ſam proximam in compreſſione vniuerſali ſubſtantiae
medullaris totius ſyſtematis neruoſi et ſpiſſitudine
tranſitoria humoris pinguedinoſi aliorumue in con-
textu celluloſo ponendam videri. De tetano eiusque
ſpeciebus: exemplum ſub operatione caſtrationis or-
ti, quum funiculus ſpermaticus ligaretur, et ligatura
ſublata iterum ceſſantis; prolixa diſquiſitio cauſſa-
rum, quam vero hic perſequi non poſſumus, id tan-
tum annotantes, cauſſam proximam aſſumi coagula-
tionem pinguedinis, lymphae, ſeri, fluidi halituoſi, in
contextu celluloſo per muſculos diſperſo, ex qua in-
ſuperabile impedimentum influxui neruorum in mo-
tum muſcularem naſcatur; ſimilem coagulationem
produci videri a concuſſione electrica et fulmine. Te-
tanum in climatibus calidioribus vulneri febrique ſu-
peruenientem fruſtra moſcho, camphora, veſicatoriis,
balneis calidis, opio, impugnatum vidit Cl. Auctor;

Londini

Londini duas feminas pilulis Plummeri et refractis dosibus tartari emetici solutioni camphorae admixti restituit, similemque methodum in climate calidiori proficuam futuram sperat. Callosos vlcerum margines ex eadem spissitudine pinguedinis in contextu celluloso oriri. Contractura musculorum gastrocnemiorum et soleorum, balneis tepidis cum sale communi, solutione mercurii corrosiui cum tartaro emetico et decocto sarsaparillae cum nitro, atque inunctione vnguenti mercurialis cum camphora curata. Difficultates in discissione neruorum. Maximum auxilium in tetano a mercurialibus antimonialibus iunctis, ita vt transpiratio moderata excitetur et sustentetur, exspectandum. De capite obstipo. De debilitate morbisque inde pendentibus. De vertigine: extispicia: monita de vomitoriis, licet a MEADIO commendatis. De affectibus soporosis: itidem extispicia. De apoplexia: fuse de eius diagnosi, caussis, differentiis, curatione, recidiuarum prophylaxi; vsus vestimentorum laneorum super nudo corpore gestatorum aduersus rheumatismos etiam inueteratos. De paralysi: itidem satis prolixe, sed tractatione caussarum curandique methodo iisdem, de quibus iam exposuimus, remediis superstructis.

XXIII.

Noua literaria.

I. *Honores.*

Experientissimus TRAMPEL, qui hucusque Principi de Lippe a cura sanitatis erat, ab illo fuit titulo consiliarii intimi ornatus, annuoque stipendio ducentis ioachimicis aucto exhilaratus.

Celeb. WICHMANNVS, qui hucusque titulo medici aulae Hannoueranae ornatus erat, a potentissimo Angliae rege inter medicos relatus est, quibus corpo-

ris ſui ſanitatem conſeruandam tradidit. Eundem clariſſimum virum academia ſcientiarum vtilium Moguntina, quae Erfurti eſt, inter ſocios adſciuit ſuos.

IO. MELCH. GOTTLIEB BESECKE, qui hucuſque profeſſoris iurium munere in gymnaſio Mitauienſi academico fungebatur, profeſſor phyſices ordinarius Roſtochium euocatus eſt.

E reſcripto Sereniſſimi Saxoniae Electoris d. XV. Octobr. anni ſuper. Experient. IO. GOTTL. DAEHNO prouincia profeſſoris medicinae extraordinarii in academia Lipſica conceſſa eſt.

OLOFIO FORSSELLIO, V. Cl. munus aſtronomiam in acad. Vpſalenſi docendi traditum eſt anno ſuperiori exeunte.

Exper. FERD. GE. DANZIVS, qui diſſertationem edidit, qua *hiſtoria forcipis obſtetriciae* enarrata eſt, *hiſtoriamque tuſſis conuulſiuae* ſcripſit, de quo vtroque libro propediem in hisce commentariis ſermo fiet, Gieſſae profeſſor anatomes et medicus in ergaſtulo, publicis ſumtibus ibi exſtructo et ſuſtentato, conſtitutus eſt.

Exper. KORTVM, qui Dortmundi *medicinam* cum laude faciebat, Stollbergae phyſicus medicus factus, ſtipendioque annuo CCC ioachimicorum auctus eſt.

D. LOR. FLOR. FR. CRELL, profeſſor publ. ordin. medic. in acad. Helmſtadienſi, Blanckenburgum euocatus eſt in locum Florencourtii, olim a conſiliis redituum camerae et metallorum, annuo ſtipendio MCC ioachimicorum, aliisque familiae ipſius conceſſis emolumentis.

Experient. SCHOEPF, Principi Marcgrafio Anſpacenſi a conſiliis et ſanitatis cura, ab eodem Principe Praeſidis collegii medicinalis vicem gerere iuſſus eſt.

Exper. HENR. MAR. A LEVELING, hucuſque Ingolſtadii profeſſor medicinae extraordinarius, nunc Electori Palatino-Bauaro a conſiliis et profeſſor ordi-

narius

narius anatomiae et physiologiae et diaetetices ibidem factus creatusque est.

Wratislauiae in academia pontificiorum professio matheseos sublimioris et astronomiae, superiori anno exeunte aperta, et Cl. IVNGNITZIO, Reu. HELLII discipulo, concessa est.

Experient. SCHERF, qui hucusque titulis consiliarii rerum medicinalium et medici aulici ornatus erat, a Principe Lippe-Detmoldiae Sereniſſimo a consiliis aulae factus est.

Cel. PEITHNER DE LICHTENFELS, qui Pragae a consiliis rei metallicae viuit, ob eruditionem mineralogicam haud vulgarem inspectoris rei metallicae munere condecoratus est.

2. *Mortes.*

D. IV. Iun. sup. ann. Stargardiae in Pomerania obiit illustrissimus comes FR. HENR. CHR. DE BORCKE, qui egregia ad oeconomiam pertinentia reliquit scripta, anno aetatis XLVI.

D. XIV. Iun. anni super. Blanckenburgi aetate XXXIII. annorum intestinorum inflammatione obiit CAR. CHASSOT DE FLORENCOURT, qui Duci Brunsuicensi a consiliis camerae redituum et montium erat, antea philosophiae extraordinarii munus in academia Georgia-Augusta per aliquot annos tuitus.

D. IX. Iul. s. a. IO. CHR. MEINECKE, quem societas naturae scrutatorum Berolinensis, et quae Lipsiae floret, oeconomica inter membra honoraria esse voluerunt, in pago quodam comitatus Mansfeldensis, Ober-Wiederstedt dicto, vbi verbi diuini minister constitutus erat, obiit.

D. XXVI. Nouembr. sup. anni CAROLVS FREY, qui dissertationem *de apostematibus* Lipsiae 1775 publice defendit, et hic Lipsiae medicinam exercuit, anno aetatis LIII. hydrope obiit.

I. F. ROESLER, Prof. matheſeos et phyſices emeritus gymnaſii illuſtris, correſpondens regiae ſocietatis ſcient. Gottingenſis et membrum honorarium acad. duc. Würtenb. artium, d. XII. Dec. ſup. anni phthiſi extinctus eſt.

D. XXIIX. Ian. huius anni GE. CHRIST. AB OLDER, Oldenburgi anno aetatis LXIII. obiit. Is vero d. 3. Febr. CIↃIↃCCXXIIX. Anſpaci natus, Gottingae poſtea medicinae addiſcendae operam dedit Hallae inprimis duce et auſpice, cuius commentatio etiam hoc effecit, vt Hafniae profeſſor botanices conſtitueretur. Tali quidem munere vere dignum ſe praeſtitit edita *flora Danica*, quae omnium eruditorum meruit plauſum. Cum in ſuis itineribus, botanices cauſa per Daniam et Norwegiam ſuſceptis, doctrinae ſtatiſticae atque oeconomicae theſaurum haud contemnendum collegiſſet, eiusque ſpecimen quaſi in quaeſtionis de agricolis ſeruis et omni peculio deſtitutis in libertatem bonorumque poſſeſſionem reſtituendis ſolutione CIↃIↃCCLXIX edidiſſet, botanico ſtudio CIↃIↃCCLXX. eripiebatur.

D. II. Februarii Exp. IO. EILHARD. REINICE, Dantiſci maraſmo ſenili anno aetatis LXXX. obiit, vir et ob inſignem eruditionem, et ob praeclaras animi dotes venerabilis. Inde ab CIↃIↃCCXXIX. medicinam Dantiſci faciebat, et inde ab anno CIↃIↃCCXLII. ſocietatis naturae ſcrutatorum, ibi florentis, membrum erat. De vita ſcriptisque eius nonnulla in GOLBECKS *liter. Nachr. v. Preuſſen.* Th. II. S. 84. 219. 20. inueniuntur.

Eodem die mortuus eſt Powiati in Lithuania Exper. CHRIST. FR. GEORGI, medicinae Doctor et Principi Waldecenſi a conſiliis aulae.

DOMINICVS BECK, qui inde ab CIↃIↃCCLXII. in academia Salisburgenſi philoſophiam theoreticam, ab anno CIↃIↃCCLXVI. matheſin et phyſicen experimenta-

mentalem docere et muſeo phyſico-mathematico praeeſſe iuſſus erat, d. XXII. Febr. apoplexia orbi literato eripiebatur.

Exper. GROSSE, Regi Boruſſiae a conſiliis, qui Parthenopoli phyſici munere fungebatur et medicinam ſumma cum laude faciebat, menſe Aprili h. a. extinctus eſt.

Exper. HENR. BIRNSTIEL, Principi Spirenſi a conſiliis aulae, et phyſicus medicus Bruchſalenſis d. XIX. April. anno aetatis XLVI. febre putrida occubuit.

D. XXII. Maii ex vlcere pulmonali, quod ab aliquot iam menſibus aegrotum male habuerat, mortuus eſt IO. A. MURRAY, regi Angliae a conſ. aulae, medicinae et botanices in acad. Gotting. profeſſor publ. ordinar. eques ordinis Waſae, variarum ſocietatum eruditarum membrum. Fuit et is quondam inter eos, qui noſtros de re medica commentaries ſymbolis haud contemnendis auxerunt ornauerintque, quod grati publice commemoramus.

XXIV.

Catalogus librorum, qui anno 1789. prodierunt.

Quaeſtiones medicae Pariſinae. Ex Bibliotheca G. FR. SIEGWART c. tab. aen. Tubingae. 4.

RAHN, *über Sympathie u. Magnetiſmus; aus dem Lat. mit Anmerk. v. Dr.* TABOR. *Heidelberg.* 8.

REILII (IO. CHR.) Memorabilium clinicorum Faſc. I. Halae. 8.

REISE (*botaniſch-mineralogiſch u. aſtronomiſche*) *nach dem Rieſengebirge, von einer Geſellſchaft böhmiſcher Gelehrten; mit einer illum. Karte. Dresd.* 4.

REMLERS (IO. CHR. WILH.) *Tabelle über die Menge der auflöslichen Beſtandtheile, welche aus den Gewächſen durch Waſſer u. Weingeiſt ausgezogen werden, nebſt ihrem Vaterland u. der Blühzeit. Nebſt einer*

Tab. über die Feuchtigkeit, ſo einige, gröſstentheils officinelle, Wurzeln, Kraeuter, Blumen etc. durch die Trocknung verliehren. Erfurt. 4.

REMLERS (IOH. CHR. WILH.) *Salz-Chemie in Tabellen, zum Gebrauch für Aerzte, Scheidekünſtler u. Apotheker. Ebend. fol.*

— *Tabelle, welche die Menge des weſentl. Oels anzeigt, das aus verſchied. Gewaechſen erhalten wird, nebſt Farbe, Geruch, Geſchmack u. Verhalten gegen die rauchende Salpeterſaeure. Ebend.* 4.

RENOVANZ (H. M.) *mineralogiſch-geographiſche u. andere vermiſchte Nachrichten von den altaiſchen Gebirgen ruſſiſch-kaiſerl. Antheils, m. Kupf. Freiberg.* 4.

REUSS (D. C. F.) Diſpenſatorii vniuerſalis ad tempora noſtra accommodati et ad formam lexici-chemico-pharmaceutici redacti. Pars IIda. Argentorati. 8.

— Selectus obſeruat. practicar. medicar. vti et remediorum medicor. tam intern. quam extern. vna cum earum formul. ac praeſcript. longa experientia probatiſſ. ad vſum vniuerſ. adornatus. ibid. 8.

RICHTERS (AVG. GOTTL.) *Anfangsgründe der Wundarzneikunſt 2ter u. 3ter Theil, zweite verm. Aufl. m. Kupf. Göttingen.* 8.

RICHTERS (C. G.) *Anweiſung zur guten Pferdezucht u. Wartung, auch wie man ein guter Pferdekenner werden könne, nebſt einer Beilage von den Betrügereien der Roßhändler etc. für Landwirthe u. ſonſtige Pferdeliebhaber, m. Kupf. Halle.* 8.

RIEM'S (I.) *monatliche praktiſch-oekonomiſche Encyclopaedie, des 3ten Bandes 1, 2, 3te Lieferung, m. K. nebſt Repertorium u. Regiſter. Leipzig.* 8.

RIGBY'S (ED.) *Verſuch über den Urſprung der thieriſchen Warme, nebſt ihrer Anwendung in der Heilart der Hautausſchlaege, der Entzündungen, u. einiger andern Krankheiten, a. d. Engl. Altenburg.* 8.

ROBERT-

ROBERTSONS (DIONYS.) *Pferdearzneikunſt, oder gründl. Unterricht die aeuſſerl. u. innerl. Gebrechen der Pferde aus dem Grunde zu heilen. Nebſt einer Anweiſung, wie die jungen Fohlen tractirt werden ſollen. Fünfte Aufl. mit Kupf. Wien.* 8.

ROTHII (D. A. G.) Tentamen florae germanicae. Vol. Ildum. Lipſ. 8.

ROWLEY'S (WILH.) *Abhandlung über die bösartige Halsentzündung oder faulende Braeune, nebſt ihrer verbeſſerten Heilart, a. d. Engl. v.* D. C. F. MICHAELIS. *Breslau.* 8.

RÜKERTS (G. C. A.) *der Feldbau, chemiſch unterſucht, um ihn zu ſeiner letzten Vollkommenheit zu erheben, 1ter u. 2ter Theil. Erlangen.* 8.

SAALMANNI (FERD.) Deſcriptio phrenitidis et paraphrenitidis Monaſterii in Weſtph. circa med. m. Martii 1788. graſſari incipientium vere contag. earumque factae curationis. Monaſterii. 4.

— Deſcriptio pleuritidis, peripneumoniae, pleuropneumoniae et anginae earumque curatio. Ibid. 4.

— Deſcriptio rheumatiſmi acuti, et dilucid. ducentor. et quinquaginta aphoriſmor. Hippocratis ad rheumatiſmum tum acutum tum chronicum. Monaſterii. 4.

SAMMLUNG *auserleſener Abhandlungen zum Gebrauche praktiſcher Aerzte, 12ten Band. 4tes u. 13ten B. 1ſtes Stück. Leipzig.* 8.

— *Regiſter (allgemeines) über den 1ſten bis 12n. Bd. Ebend.* 8.

SAMMLUNG (*neue*) *der auserleſenſten Abhandlungen für Wundaerzte, aus verſch. Sprachen überſ. 22es, 23s u. 24s Stück, m. Kupf. Leipzig.* 8.

— *zur Phyſik u. Naturgeſchichte, von einigen Liebhabern dieſer Wiſſenſchaft, 4ten Bds. 3tes Stück, mit Kupf. Leipzig.* 8.

SÄUGTHIERE (*die*) *in Abbildung nach der Natur mit Be-*

Beſchreib. vom Hofr. SCHREBER, 48ſ *u.* 49ſ *Heft. m. gemahlt. u. m. ſchwarz. Kupf.* 14te *Lieferung, auf hollaend. u. deutſchen Papier. Erlangen.* 4.

SCHALLS (C. F. W.) *Anleitung zur Kenntniß der beſten Bücher in der Mineralogie u. phyſikaliſchen Erdbeſchreibung, nach chronolog. u. geograph. Ordnung geſammlet u. herausg. zweite vermehrte Ausg. Weimar.* 8.

SCHEELE, Opuſcula phyſica et chemica, Vol. IIdum, cura SCHAEFERI. Lipſ. 8.

SCHEIBELS (I. E.) *aſtronom. Bibliographie,* 4te *Abtheil. Breslau.* 8.

SCHERFS (IOH. CHR. FRIED.) *Beitraege zum Archiv der mediciniſchen Polizey und Volksarzneikunde,* 1ten *Bds* 2te *Samml.* 2ten *Bds* 1ſte *Samml. Leipzig.* 8.

SKUHRS, *botaniſches Handbuch,* 5ter *u.* 6ter *Heft, ſowohl mit illuminirten als ſchw. Kupf. Wittenberg u. Leipzig.* 8.

SCHLEGELS (*D.* IOH. CHR. TR.) *u. D.* IOH. ARNMANNS *neue mediciniſche Litteratur für praktiſche Aerzte,* 1ſten *Bds* 4tes *Stück,* 2ten *Bds* 1ſtes *Stück. Leipzig.* 8.

SCHLEGELII (D. I. C. T.) Theſaurus pathologico-therapeuticus, Vol. II. Pars IIda. Lipſ. 8.

— Collectio opuſculorum ſelectorum ad medicinam forenſem ſpectantium, Vol. IVum. ibidem. 8.

SCHMAHLINGS (L. G.) *Nachrichten aus dem Blumenreiche, eine Quartalſchrift,* 6tes *u. letztes Stück. Leipzig.* 8.

SCHMETTERLINGE (*die europäiſchen*) *in Abbild. von Prof.* ESPER, 7te *Lieferung,* 39ſtes *Heft. Erlang.* 4.

— *neue Ausgabe,* 8te *Lieferung. Ebend.* 4.

— *Supplement. Band,* 1ſ *u.* 2tes *Heft. Ebend.* 4.

SCHMID (N.) *von den Weltkörpern; zur gemeinnützigen Kenntniß des groſſen Werks Gottes. Dritte Aufl. m. Kupf. Leipzig.* 8.

SCHMUCKERS (IOH. LEBR.) *chirurgiſche Wahrnehmungen 2ter, Theil, von Verwundungen und Krankheiten der Bruſt, des Unterleibes, u. übrigen Gliedmaſsen, zweite verbeſſ. Aufl. Berlin u. Stettin.* 8.

SCHMUCKER (F. A.) *das Verdauungsgeſchaeft eine anat. phyſiol. Abhandl. nebſt einem Anhange von der Geſundheit des Körpers. Augsburg.* 8.

SCHNEIDERS (I. G.) *zweiter Beitrag zur Naturgeſchichte der Schildkröten, mit 1 Kupft. Leipz.* 8.

SCHRIFTEN *der Geſellſchaft naturf. Freunde zu Berlin, 8ten Bds 2. u. 3tes u. 4tes Stück, m. illum. Kupf. Berlin.* 8.

SCHROEDERS (CHR. FR.) *Naturgeſchichte u. Beſchr. der Baumanns- u. beſonders der Bielshöhle, wie auch der Gegend des Unterharzes, worinne beide gelegen ſind. Hildesheim.* 8.

SCHROETERS (I. S.) *mineralogiſches u. bergmänn. Wörterbuch, über Namen, Worte und Sachen aus der Mineralogie u. Bergwerkskunde, 1ſter Theil. Frankf. am Mayn.* 8.

SCHULZE (I. E.) Toxicologia veterum plantas venenatas exhibens. Halae. 4.

SCHÜTZ (M. C. von) *Auszug aus D.* I. G. KRÜNITZ *oekonom. technolog. Encyclopaedie od. allgem. Syſtem der Staats- Stadt- Haus- und Landwirhſchaft etc. in alphab. Ordnung, 6ter und 7ter Band, welche den 22–29 Band des gröſsern Werks enthalten, Berlin.* 8.

SCHWEICKHARDS (C. L.) *mediciniſche gerichtliche Beobachtungen, nebſt ihrer Beurtheilung, 2 Theile und 3ter Band. Strasburg.* 8.

SCOPOLI's (IOH. ANT.) *Anfangsgründe der Metallurgie, m. Kupf. Mannheim.* 4.

SELLE (CHR. GOTTL.) Medicina clinica, *oder Handbuch der mediciniſchen praxis. Fünfte verm. u. ſehr verbeſſ. Auflage. Berlin.* 8.

SEERE (I. I. I.) *Geſchichte, oder Abhandlung der Zahnſchmerzen*

ſchmerzen des ſchönen Geſchlechts in ihrer Schwan-ſchaft. Wien. 8.

SIEBOLDI (C. C.) Hiſtoria tumoris et haemorrhagiae alueolaris chronicae feliciter ſanatae; cum epicriſi. Wirzeburgi. 4.

SMEATMANS (HEINR.) *Sendſchreiben über die Termiten Africas u. andrer heiſſen Klimate, a. d. Engl. mit Kupf. Göttingen.* 8.

SPALLANZANIS (L.) *phyſikaliſche Beobachtungen über die Inſel Cythera, heut zu Tage Cerigo genannt, a. d. Ital. mit* 1. *Kupf. Strasburg.* 8.

SPAETHS (IOH. LEONH.) *photometr. Unterſuchung über die Deutlichkeit, mit welcher wir entfernte Gegenſt. verm. dioptr. Fernröhre beobachten können, in Anwend. dieſer Theorie auf die Zuverläßigkeit, mit welcher verm. eines Hadleyſchen Sextanten Winkel zu Waſſer und zu Lande können abgemeſſen werden, u. ſ. w. mit* 1 *Kupf. Leipzig.* 4.

SPRENGELS (M. C.) *Beitraege zur Länder- u. Völkerkunde,* 11, 12, 13*ter Theil. Leipzig.* 8.

SPRENGERS (B.) *oekonomiſche Beitraege u. Bemerk. auf das J.* 1790. *oder Unterricht für den Landmann, ſowohl in Abſicht auf ſeine Geſundheit, als auch bei dem Acker- Wieſen- Garten- u. Weinbau, desgleichen bei allen Gattungen der Viehzucht etc. Stuttgart.* 4.

STARKS (*D.* I. C.) *Archiv für die Geburtshülfe, Frauenzimmer- u. neugebohrner Kinderkrankheiten,* 1*ſten Bds* 4*tes u.* 2*ten Bds* 1*ſtes u.* 2*tes Stück. Jena.* 8.

— *Auszüge aus dem Tagebuche des Herz. Jenaiſchen kliniſchen Inſtituts u. ſ. w. vom J.* 1781 *u.* 82. *nebſt einer tabellar. Ueberſicht,* 1*ſte Lieferung. Zweite viel verm. Ausgabe. Jena.* 4.

STARKS (WILH.) *kliniſche u. anatomiſche Bemerk. nebſt diaetet. Verſuchen, herausg. v.* I. C. SMITH. *Aus d. Engl. von D.* C. F. MICHAELIS, *m. Kupf. Breslau u. Heidelberg.* 8.

STEEB (I. H.) *von den Maykäferwürmern, wie ſie vorzügl. auf den Wieſen vertilgt, und die Wieſen ſogleich tragbar gemacht werden können. München.* 4.

STEYRERS (IOH. PHIL.) *Handbuch der Apothekerkunſt u. Chemie nach den neueſten Entdeck. in der Naturlehre u. Scheidekunſt, 2ter Band von den Kraeften u. Beſtandtheilen der Koerper überh. u. den Vorkenntniſſen zur mediciniſch-pharmac. Naturgeſch. u. chemiſch. mech. Behandl. der Koerper. Strasburg u. Leipz.* 8.

STIPRIAAN (A. VAN) Obſeruationes chemicae de quibusdam ſalibus eſſential. vegetabilium, Lugd. Bat. et Duſſeldorpii. 8.

STOIXNERS (L. *von*) *praktiſch-oekonomiſche Abhandlung von der Bienenzucht. Nürnberg.* 8.

— *praktiſch-oekonom. Abhandlungen von Wald- und Fruchtbaeumen, auch einigen Staudengewächſen und dem Weinſtock. Ebend.* 8.

STOLLS (C.) *Beſchreibung verſchiedener Geſchlechter Cikaden u. Wanzen, 12tes u. letztes Heft, m. illum. Kupf. Amſterdam u. Leipz.* 4.

STOLLS (*Dr.* MAX.) *Heilungsmethode in dem praktiſchen Krankenhauſe zu Wien, 2ten Thls. 2ter Bd. 3ten Thls. 1ſter Band, überſ. und mit prakt. Zuſaetzen begleitet von Dr.* GOTTL. FABRI, *zweite durchgehends verb. Auſt. Breslau.* 8.

— *Lehrbegriffe von den aeuſſerlichen Arzneimitteln, oder deutſche Materia chirurgica überſ. v.* I. G. ESSICH. *Augsburg.* 8.

— praelectiones in diuerſos morbos chronicos, Vol. IIum. Vindobonae. 8.

DASSELBE *Buch in deutſch. Sprache, 1ſter Th. Ebd.* 8.

— Rationis medendi in noſocomio practico Vindobonenſi, Pars IV. et Vta. Vindobonae. 8.

STARCK (CAR.) Obſeruationes medicinales de diuerſa febris continuae remittentis cauſa, et qua diuerſa eidem medendum ſit ratione. Francf. a. Moen. 8.

STUBEN-

STUBENTAPETEN *für die Jugend, oder genaue Abbildungen der bekannteſten Giftpflanzen u. Giftſchwämme, durchaus illum. nebſt der Beſchr. für jedes Blatt insbeſondere. Prag u. Wien. fol.*

STUMPFS (*D. G. A.*) *Geſchichte der öffentl. Sammlungen der churpfälz. ſtaatswirthſch. hohen Schule in Heidelberg. Mannheim u. Leipz.* 8.

Reliqua proxime.

Contenta in hac parte.

I. Mémoires de l'acad. roy. de Turin, Vol. II. p. 195
II. — — — Vol. III. 217
III. MVRRAYI appar. medic. vol. V. 254
IV. I. C. H. ACKERMANN *medic. Skizzen, H. 1. 2.* 261
V. R. PVLTENEY hiſt. and biograph. Sketches 266
VI. EIVSD. a general View of Linnaeus 283
VII. C. F. ROTTBOELL Anmerkninger og Opliſn. til Cato 283
VIII. S. F. HERMBSTAEDT *phyſ. chem. Verſuche, B. I. II.* 303
IX. C. G. SCHEELE opuſc. chem. et phyſ. Vol. 1. 2. 317
X. LOR. NANNONI trattato di anat. filiolog. e zoot. vol. II. 329
XI. PH. E. KLIPSTEIN *Verſ. einer miner. Beſchr. des Vogelsgebirges* 334
XII. Experiments and obſerv. on light and colours 335
XIII. R. Mc CAUSLAND conject. on ſome of the phaenom. of the barom. 327
XIV. F. E. V. LIEBENROTH *Beobacht. über Natur und Menſchen* 328
XV. Pharmacop. collegii reg. med. Londin. 329
XVI. Obſervations on the pharm. colleg. reg. Lond. 337
— *Etwas über das neue Londn. u. andr. Apothekerb.* 338
XVII. J. M. BECHSTEIN *gem. Naturgeſch. Deutſchlands.* 339
XVIII. H. F. LINK *einige Bemerk. über das Phlogiſt.* 340
XIX. A. W. KOEHLER *bergmänn. Kalender f.* 1790 343
XX. FEYJOO *Diaeretik vorzügl. für Studierende* 347
XXI. W. DEASE'S *erfahr. Heilart der Luſtſeuche* 353
XXII. W. ROWLEY *über die Frauenzimmerkrankheiten* 359
XXIII. Noua litteraria. 373
XXIV. Catalogus librorum, qui 1789 prodierunt 377